quo oritur passio ex sinapi pipere euforbio
et melle anacardino epithimandus est et ibi
epithima dimittendum erit donec locus vesicet
et vesice rumpantur ut aqua que in eis collecta est ef
fluat et ad ultimum est utile supponere vento
sas cum pauca scarificatione. De evacuatione insensibili
conferunt folia laureole in aqua decocta. Scias
tamen quod evacuacio sensibilis facta insensibiliter debet
precedere evacuationem factam sensibiliter et tunc si prima
non confert tende ad secundam et ulcera in
membris inducta non cito sunt consolidanda ymo
dimittantur aperta quousque fluat a membro quod
collectum est in eo. Deinde consolidet hoc enim habi
ta inquit cura salus erit. Continue tamen intenden
dum est cerebro cum confortantibus ipsum ne recipiat.

Cura epilesie dicitur matris puerorum est intro
mittere eos in tinam aque calide et aspergere capitibus
eorum lac et facere nasale cum oleo amigdalarum.

dulcium et cucurbitarum et violarum et lacte
mulieris nutrientis puellam et non debet dimit
ti anterior pars capitis sine aliquo oleo predictis
sine lacte et emplastretur collum et spondiles
totius spinalis et bismalua et oleo violato
et farina seminis lini calefacto postea desuper et cum
infrigidatur emplastrum amoueatur et inungatur
locus cum oleo violato tepido et iteretur ibi
emplastrum calefactum et paciens hunc morbum ex
siccitate debet sedere in pelui in qua sit lac
et aqua et debet lauari spondiles eius assidu
e cum oleis et mucilaginibus humidis et fiat
effusio lactis super caput eius Et in summa cura
huius est cura spasmi de inanitione Cura
vero epilensie tempore paroxismi est ut custodiatur
a mora in locis altis in fenestris et locis simili
bus et a mora iuxta foueas et puteos et iuxta
ignem et iuxta flumina ponatur lignum inter dentes
et hoc ut possit fricari lingua et palatum et cum
tiriaca et metridato hoc enim ad facilitatem
hanelitus confert et emissionem spume et pro
uocationem vomitus hec tamen paparius conuenit in
analensia stomachi fricetur extremitates et succus
rute mittatur in nares Et Galienus dixit in hora pa
roxismi mittatur in nares karta longa illinita
in unguento quod sic fit Recipe adipis castorei ℥ 1
succi vel olei rute ℥ 1 et ascendunt karta
usque ad extremitates nasi qui excitant epile
ticum dixerunt Auicenna et almasor in hora in
qua sentit antequam paroxismus accidat liget me
brum a quo procedit scilicet supra aliqualiter fortiter
enim prohibet per illud paroxismum et oportet ut
ligatura teneatur secundum tempus et soluatur ut non
mortificetur membrum propter ipsam putrefactionem et con
fert ventosa sine scarificatione super locum posita
Et si habuit originem a stomacho illic prouocet
vomitum deinde alia dieta sequatur Et si ex
matrice fricetur vulua et calefiat Gordonius
dixit si quis flexis genibus dixerit in aure dextra
epilentici qui cecidit orationem Pater noster salutationem
Marie usque ad finem pater meus quod antequam compleat
orationem hanc epilentiam ille surget maxime si fuerit
captus per manus mitis ad surgendum Cura per
cyrurgiam est ut fiat cauterium in loco a quo habet
originem epilensia et ulcus diu teneatur apertum

De apoplexia

[A]poplexia est orbitas membrorum a
sensu et a motu propter opillationem
contingentem in ventriculis cerebri in cur
sibus a principiis et originibus spiritus sensi
bilis et motiui Causas tres auctores posuerunt Species
species sunt tres in qua euacuatur de spiritu motiui
motus et hanelitus non ex toto aut debili
tantur a motu non tamen fiebilis sit hanelitus
nec ordinatus ymo est illic spuma et est hane
litus hominis imperfecti sicut vox strangulata se
titur et in eo sonitus quidam contra guttur et ista
licet sit mediocris est tamen praua significat de
fectionem virtutis mouentis instrumenta haneli
tus fortis est autem et prauior predicta et est
illa in qua non apparet hanelitus nec spuma
nec auditur vox strangulata ita ut vix diffe
rat a mortuo debilis vero est illa in quo non
... non magnificatur in hanelitu et ita ut
perstat in gutture ipsius cibus aut potus qui
mittitur et non egreditur per nares Cause Cause apo
plexie sunt duplices scilicet extrinseca aut intrinseca Ex
trinsece sunt aer frigidissimus constringens et coar
tans humidum quod intus eius est et coartans
spiritus ut ad organa negatur perstrictio et
frigiditas exterior potest esse cum coartacionis
opillacionis coartatorie vel quod est cum indige
stionis cerebri et per non continua multiplicacionis
superfluitatis flegmatice que potest postea coartatiue
ventriculos cerebri opillare aut est cum defluxus
superfluitatis ad ventriculos cerebri vel ad ar
terias puerulas et similiter est causa et percussio
faciei cerebrum conquassatiuum et ebrietas et
compressio coangustatiua dictas venas sicut est quando sit
laqueo stringente vel manu premente venas et
arterias apopleticas et dormicio longa resu
pina et aer venenatus sicut accidit illis qui
in estate capite denudato intrat templa
profunda marmorea et venenum petre sabe
de causis vero interioribus alie sunt concomitantes pu
re sine materia et hec ut plurimum est mala contra
frigida cerebro dicuntur aut frigida et sicca
aut sunt male compositiones cum materia apparente vel non Cause
apparente et dolor adueniens alicui parti Ex interiores
Ex quibus instruitur aliquis causas compositas esse

Nota (marginal note, lower left): Borg' dt / Et dum paciens est in parox[ismo] ... ponat os super aurem paciente et dicat ter istos versus [illegible] surget / Caspar fert mirram thus mel chior Balthazar aurum / et hec est probatum Et dicit quod si sciuerint et portentur ad collum [illegible] Et si pater et mater pacientis vel amici ieiunent tribus diebus et postea vadant ad ecclesiam et audiant missam et post sacerdos fidelis dicat super caput illud euangelium quod dicitur in ieiuniis quatuor temporum in die veneris post festum sancte crucis ubi dicitur erat lunaticus et stridens et hoc genus demoniorum non eicitur nisi in ieiunio et oratione et postea ille sacerdos scribat de nocte et portetur legat super caput scribat et portetur ad collum /

ex privatione autem uero ex humore habu
ndante in corpore uel in capite aut vaporem
aliquem opilet loca predicta sed cum coniunctum hu
more uel vapore cum actu sit opillatio. Signa
Signa generalia generalia sunt cum aliquis quasi dormiens iacet et sine
sompno stertit et cum pungit non sentit
tunc iam patitur apoplexiam. Signa repletionis
in apoplexia cerebri si materia fuerit aposte
matis non evacuatur a febre ante uel precedente
non febris consequitur apostema calidum et frigidum
cerebri. quod si materia non fuerit apostematis adve
nerint signa generalia supradicta ut plurimum
sine febre cum signis significantibus materiam opil
lantem que sunt certa signa sunt a sanguine dicit
Rasis rubedo faciei et maxillarum coubertio
venarum gravedo oculi rubei et vene
sunt grosse et plene et spatium sanguinis uel alterius
evacuationis sanguinis est elongatum et accessit
Si flegmatis regimen quod generat sanguinem. Signa sunt a
materia flegmatica sunt mollities corporis et albedo
coloris et multitudo sputi et muci et
in summa dominium flegmatis. Si fit a colera adve
Colera nerint signa dominii colere. Similiter si fit a melancolia
advenerint signa dominii humoris melancolici. Signa
autem apoplexie propter repletionem venarum apople
ticarum sunt rubores faciei propter sanguinis repletio
nem et in reliquo corpore toto est luciditas in
mobilitas oculorum discurrentia manuum ita quod
una manus proiciat huc et alia illuc. dein
de superveniunt stridores dentium et frigiditas
cum tremitatione dicit Rasis primo continentis quod for
titudo huius morbi cognoscitur per quantitatem defectus
anhelitus et eius fortitudinis. Galenus vero dicit
quod si anhelitus angustiose et duriter flat et
sit durus et non eiusdem ordinis aliquando inter
sectus epilentia est fortis quod si anhelitus sit
fortis passio est debilis apta curari a medico
totalem conatum ad curam eius si sentit dicit
dominus primo continentis difficilis est ad sana
dum si morbus est facilis deglutit. si difficilis
nichil deglutit et exit per nares si spirat
ore nullo modo potest vivere et licet anhelitus non
appareat non tamen pulsus ultime cadit quoniam in apo
plexia non est simpliciter impeditus actus virtutis
vitalis nisi apoplexia esset in corde ut volunt

Aliqui. Sed cum hic pro sui complexione impeditur actus virtutis
animalis et ideo dicit primo continentis non est sepelien
dus apoplecticus nisi post 72 duas horas eo
quod quidam steterunt toto illo tempore velut mor
tui et postea revixerunt. Experimentum autem apople
ticum esse vivum quando clausis fenestris et hostiis
quocumque quocumque remoto apponitur naribus eius
quod videlicet coctum carminatum similiter apponitur super pec
tore cratera plenus aqua si movetur aqua vivit
dicit Rasis primo continentis qui dubitat aliquem
Phlebotomia cadere in apoplexiam flebotomet ipsum in principio venam
cum ipsius cum et fiat illi clistere ex interioribus
coloquintide centauree ameos anethi rute sal
fertile in qua dissolvatur sapinum uncia
et oleum amigdalarum amararum. simpliciter
aut apoplexia interficit aut vertitur ad paralesim
Cura apoplexie similis est et propria epilentie nam
sicut illa curatur regimine universali et particulari et per
tria medicinalia universaliter ita et apoplexia
maxime dixit Rogerius sed sola divina curatur
manu. Cura vero medie et minoris paralesis
et spasmi de repletione eadem est et intelli
gitur de cerebri. Ex confectione aliquibus sit opti
mum suffugium et odoriferum apopleticas ut
docet nicolaus in antidotario sed cum aliquando non
reperiatur apud aromatarios loco eius conficiat
galenam muscatam a nicolao compositam. Cura vero
Dieta apoplexie per dietam est ut paciens apoplexiam
frigidam locetur in aere sicco ad calidum declive
declini et paciens eam ex causa calida locetur in aere
temperato et induatur in eis spes et letitia et ira
in frigida confert cum aliquid de cibis sumunt non
dormiat post ipsum velociter sed expectet aliqua
liter donec descendat et digeratur cibus digestione
aliqua et vigilent plurimum illud enim iuvat cum
bus et resolvit ex cibis vapore non digestum
prohibet digestionem cum volutus erit uti
balneum assumat. permittitur autem cibus ex avibus levem
ut sicco et si possibile fuerit moveant motu ali
quo mediocri lavata et autem dicit sic ex bal
neum post tres ebdomadas permissis tamen sufficienti
bus purgationibus et unge eos in die balnei in ex
itu ab eo cum calefacientibus. hec autem unctio di
fit ei super capite et collo et nuca et intelligitur
de apoplexia frigida que est debilis sive minor

hoc cum est illa que si non occidit trahat ad para
lesim. de cibis convenientibus in fleumatica conveniunt
aqua ciceris sola et cicer quod coquitur cum pullis gal
linarum si febris adest vel non presente febre
cum pullis columbarum non inscisus rege eger modo
dicto donec septem transeant dies et si quidem
loquitur tunc bene et si non loquitur hoc regimine usque
ad 14 dies et si illum melius videris esse bene
et si non digeri tunc incede deinde purga
et dehinc sint carnes columbi iam surgentes et
aves parve et confert panis cum fructibus siccis in prin
cipio In fine autem materia sanguinea subtilia regimine ip
sius et sis contentus in cibo julep et aqua ordei
et in fine autem materia frigida dentur eis ex potibus sirupus vi
olatus factus cum speciebus et conveniunt vinum odori
ferum antiquum et convenit aqua mellis pura
cum speciebus aromaticis calidis. si fuerint signa re
pletionis cum caliditate nullo modo bibat vinum sed
sit contentus aqua mellis que sic fit. Recipe aque libras
iii mellis ℥ iii bulliat aliquantulum et coletur
et sit contentus succo ordei spelte vel avene et
aqua ciceris usque ad quatuor dies et brodio pullorum
edi vel galline et non bibat vinum nisi post longum
tempus et cum biberit sit album subtile et aquaticum
Cura apoplexie per potionem eiusdem completur
intentionibus quibus perficitur cura epilepsie cum
digestione materie et eius evacuatione et divisione et
alteratione male discrasie cerebri confortatione et
rectificatione membri mandantis si fuerit et accidentium
eius correctione. Si fuerit apoplexia ex sanguine
replente venas cura est ut confestim flebotho
metur a principio copiose cum multa extractione sanguinis
quacumque hora fuerit a vena cephalica in ma
nu vel in cavillatione brachii non premissa digestione
quia si tardaveris sanguis congelabit et ingrossabit
et non exibit et tunc oportebit subtiliare ipsum
cum fomentationibus et fricationibus. preterea primo
spiritus sunt subtiles rheumata sunt subtilia vene
ampliora sunt facilioria et fiat flebotomia ampla postea
fiat cristere acutum dicunt quidam quod si post flobotho
miam remansit evacuanda premissa eius digestione
convenienti educatur solutivo et clisteri. In
cura fleumatice si invenientur signa sanguinis quia fleuma
sit mixtum sanguini tunc flebothometur et sic
fac in melancolia et colerica si vero non fuerint
signa sanguinis in fleumatica solvatur corpus ne
statim cum clisteri acuto donec trahat ad in
feriora ipsa materia Recipe coloquintide bothor ma
rien centauree minoris arthetice ellebori
albi ana ʒ i coquantur in tribus libris aque
donec ad mediam deveniat deinde colentur
et ex media libra huius apozimatis fiat cre
nia Gerardus dixit Recipe centauree minoris
utriusque salvie utriusque rute abrotani cala
menti origani ana ʒ i ana marrubii siseleos
seminis basiliconis ana ℥ s floris sticados arabici
ana ʒ i pulpe coloquintide ʒ ii furfuris
p. i mellis anacardi olei castorei ana ℥ s
salis ʒ i iere pigre elebori albi ana ʒ s Ro
geri dixit fiat suppositorium de sapone duro
et quidam acuunt intingendo ipsum in felle tau
rino in quo sit sal pulverizatum In cura autem
sanguinee in quo quidem sit sal acuatur et
dixit paulus cum clisteribus fortibus loquitur de ce
rebrali quia in repletione venarum apoplectici
clisteria debent esse lenia. Considerando quod
si apoplexia est non est incipiendum a solutivis
sed a clisteribus que si non potest fieri a suppositorio
rys acutis que retinentur eadem die secundum necessita
tem et contra si paroxismus est dimissus et pa
tiens deglutire possit detur solutivum. Clistere
Recipe agarici coloquintide ellebori albi centauree
minoris ana ℥ s salvie rute calamenti origani
sticados arabici furfuris ana ʒ s pulverentur
grosso modo deinde bulliat in aqua sufficienti
deinde coletur et illius colature accipiatur me
dietas una cui addantur ℥ iiii mellis yere
pigre benedicte ana ℥ s olei rutacei ℥ ii
salis ʒ ii s et fiat cristere Ex debili vero a
poplexia debemus incipere a solutivo nisi feces
sicce fuerint in intestinis in quo casu incipiendum
est a clisteri leniente et de hiis in quibus habetur
fiducia sunt pille de euforbio. de quantitate autem
evacuationis istius dico quod ipsa est temperata et
sepe secundum necessitatem quia ex omnibus tribus tribus
diebus solvatur materia ex pillulis que mundificant
humorem fleumaticum. de evacuatione per vomitum dico
quod post flebotomiam considerandum est eius si fuerit
sanum aut non et per eam non fuerit eger alle
viatus tunc oportet vomitum provocare sicut cauterizari

in hora aut parosismi si possibile est introdu
cendus est et maxime in duobus casibus primus
est si sint in stomacho cibo vel potu repleti fuerint
secundus est si in stomacho suo fuerit quantitas fleumatis
retenta maxime immundans in stomacho eius de quo
causa dixit paulus si apoplexia supveniat
post assumpcionem aliquam cibi aut potus faciendum
repleccionis statim vomitum faciat deinde post bi
duum famem sustineat et si post ebrietatem
accidentit hac causa erit utendum de quo dicit
serapio post cristere aperiat os et intromittat
in ipsum digitus aut pena submissa in oleo
aut ieiun donec habeat voluntatem vomendi
cum velocitate et evomat si autem parum e
vomuit modo predicto sumat omni die in potu oli
keirini ʒ ij cum aqua de radicibus et gradua
tim procedens addendo de ipso oleo ʒ v ut
moveat ad vomitum et educat superfluitates
que si non poterit educere vomitu oportet ut causam per
ventrem solvas et sic vomitus valet in paroxismo
et factis istis evacuationibus caput est evacuandum
particulariter a residuo materie cum caputpurgiis et
nutritoriis masticationibus et gargarismis
et facias ventosam manus et pedes et crura
et nates quantum poteris ad oppositum cum omni
bus generibus attractionum de materia ad alte
racionem et capitis confortacionem in sagnea
superficie capitis oleum rosatum et acetum vini
sed dixit Rasis ille de quo loquitur species convena
lescendi debet primo magis cum contrariis approx
imatis nam in contrariis operari oportet cum nil pos
sit dari per os sed tamen contrariorum applicari
non debet nisi post evacuationem cum cristeri vel vomitu
vel suppositorio et post divisiones factas et
si post fuerit sic esse primus evacuandi cum solu
tivis et hoc in fleumatica embrocat caput cum decoc
tione aneti abrotani artimesia foliorum cum
origani mellilon mentastri rute ysopi quod
fieri debet post purgationem et divisionem cum est
tempus administrationis resolutivorum et ungat
caput eius cum oleo cucumeris asinini vel cum
oleo de ruta in quo sit dissolutum piretrum
aristologia opoponacum et galbanum et confert
oleum de piretro et oleum sylliticum factum de
sylla et oleo antiquo in quo sylla sit infusa vel

diebus aut in quo sit cocta donec dissolvatur
et inungantur spondiles ex sagena in storace li
quida et euforbio et ponatur super primam partem
nuce sinapi et sapinum castoreum et eufor
bium et fricentur pedes cum oleo calefacto et aqua
calida quod si ista invenire non poteris insuffla
nares dixit Rasis sternutamenta cum allearum dixit
Avicenna quod ista olea debent admisceri cum cera ut
diutius remaneant super loco et incipiendum est
a debiliori unguento ad caput Recipe euforbii pi
peris ysopi calamenti aristologie castorei terbentine
opoponacis ana ʒ iij storacis ʒ j s cere atque
quantum sufficiat cum oleo de costo vel alio calido
fiat unguentum et si addideris oleum de balsamo ʒ
s erit melius et nota nam dixit magister pandectarum
quod est valde sollempne et ipse expertus est et si illa
debilia non sufficerint recede ad fortiora et ra
de caput et suppone sinapismum factum ex
sinapi trito et castoreo et aceto fortissimo
Aliud Recipe galbani popponacis sapini ana ʒ
j euforbii piretri sinapis castorei mustum pi
peris ana ʒ j sulfuris vivi ℈ ij terbentine ʒ
s pulverizentur pulverizanda et alia liquefiant
et misceantur et fiat unctio que extendatur
super alupta ad formam capitis et supponatur
capiti calidum et si non sufficerint oportet quod ferrum
ignitum capiti approximetur et ita approximetur
ne comburatur capilli sume igitur sartaginem que
ignita approximetur maxime parti posteriori capitis
quia illic est egritudo nec tamen ibi tam diu re
tineatur quod cerebrum aduratur Serapio dixit quod post
solutionem ventris et tractionem materie ad inferiora
et postquam habuit voluntatem vomendi et vomuit
detur tiriace aureus unus aut ex confectione
anacardina cum aqua mellis aut cum decoctione
anisi et masticis et odoret castoreum oppo
nacum et galbanum dixit albertus sumat omni
die electuarium anacardinum cum ydromelle
et per os ad stomachum descendere illud faciat et
sit dosis aureus j nam provocat febrem et
materiam consumit verum quecumque febris fuerit illa
supveniens apoplexie derelinquatur ab administra
cione calidorum seu vel saltem utatur remissioribus
in caliditate et scias quod diligenti discrecione utendum
est in exhibicione superiorum electuariorum in te

Bord' de ferro applicando capiti et fiat una capellina
ferrea et calefiat et capiti applicetur et sit modo ita quod
... adurat capillos et antequam infrigidetur alia
applicetur et continuetur donec revertatur aut ...
... ... quod ... mortuus sit

poribus calidis et regionibus calidis et in hiis
in quorum corporibus aliquis apparet calor. Et
cum apoplecticus non fuerit 4m die curatus
est cura paralesis. Succus autem agrestis rute
agrestis naribus sepe immissus deperditam recu-
perat loquelam et valet ad idem succus bete
nice potatus et dyptamum sumptum cum vino et
aqua dosis ʒ ii. succus origani naribus immissus
loquelam reddit. De intentione ad confortationem
cerebri in flegmatica post curationem et resolutionem
necesse administrari oleo confortativa caput auc-
tores tamen istorum olea non administrant eo quod puta-
verunt contrarie ad hanc intentionem resolutionis et
ligationis ideo cum eis nusciaverunt medicinas resol-
utivas que in toto non est fugienda cum fortioribus
resolutivis et hiis utendum est in declinationis
tempore esse competit balneum et iungatur cum oleo
de balsamo aut de euforbio illud tamen est ni-
mie resolutionis vel nimie et sunt oleum anetinum
et costinum quamvis unumquodque istorum administrat solu-
cum castoreo et piretro contritis ista tamen sunt
multum calida et non competerent nisi in tempori-
bus et regionibus et etate frigidis. Oleum confor-
tans cerebrum in huiusmodi dispositionibus Recipe olei mastic
aut olei liliacei ana ʒ i s. vini rubei ʒ
iii. calami aromatici squinanti sticados siler montani
maiorane ana ʒ i. olibani ʒ s. bulliat
simul ad vini consumptionem deinde coletur et ex
illo oleo calefacto iungatur caput et membrum
aut mactetur si gutte fuerint rectificatur prout
dictum est in cura epilesie. De correctione acci-
dentium dixit Avicenna quod paciens apoplexiam
habundat flegmaticis que ventosant in
eis oportet ut ventositates ipsius resolvas cum eis que
ipsas educunt quoniam cum hoc invenitur alleviacione
et quoniam incipit ab hoc ut pila in ore eius po-
natur sicut dictum est in epilensia ut non destru-
ant dentes propter fricationem et passionem ipsorum
et hoc contingeret quando cum apoplexia contingeret
spasmus lacertorum mandibularum hec tamen esse non
potest nisi in principio quoniam in principio destruit spasmus
et motus ille. dicunt quidam quod frequenter accidit
ut os apoplectici repleatur humiditate dissolu-
ta descendente a capite ad ipsum quare oportet ut
aperiatur os eius et teneatur apertum cum fuste ut

succus rute

confortativum cerebri

effluat humiditas illa ab ore eius. De isto
apoplexie cerebralis dicitur idem esse intelligen-
dum sicut dictum est in cura epilesie auctores
namque posuerunt curam epilesie colerice et melancolice
et vaporalis quare dereliquerunt eam notam esse di-
ctis in cura epilesie et capitulis precedentibus

De incubo

Dixit Avicenna incubus est infirmitas cerebri
in qua homo dormiens sentit fan-
tasmata grave super se cadens
et comprimens ipsum vel angustiat eius ha-
nelitus ut interficiatur vox eius et motus
et vult loqui et moveri et non potest. Et quidam
dixerunt esse quandam vetulam que vadens ad
aliud seculum in itinere ponit se supra ho-
minem et calcat et comprimit ipsum sed hoc est
fabulosum apud medicos. Nam propria causa incubi
aut plenitudo aut constrictiva aut intrinseca. Con-
strictiva est frigiditas cerebro adveniens et
intrinseca est vapor corruptus humoribus eleva-
tus opillans et aggravans cerebrum et cor ita
quod spiritus plenarie non potest se diffundere ad corpus
et sic quoniam plus deficiunt in extremis apparet
pacienti quod illud fantasma incipiat ascendere
a pedibus et deinde paulatim occupet totum
corpus secundum quod vapores plus occupant ideo lo-
mugendo petit auxilium si posset loqui. Ge-
rardus autem super nono almansoris tri-
plicem assignat causam quarum una est plenitudo et hec
est duplex quia vel est frigiditas adveniens pos-
teriori parti cerebri comprimens cerebrum vel prohi-
bet spiritus descendere ad inferiora vel sompnus
factus super nimiam repletionem cibi et potus
et tunc ascendunt ad cerebrum multi vapores
grossi et frigidi. Alia causa est ... et sunt humores
dominantes in cerebro et aliis partibus corporis.
Convicta est vapor grossus in posteriori parte cerebri
actu opillans et prohibens spiritum ad inferiora
descendere. Signa generis dixit almansor sunt cum
aliquis sentit grave in sompno supra se cadere
sentit incubum pati denominandum est. Signa
specierum sunt secundum materias quoniam si accidit a multitudine
sanguinis adest rubedo oculorum dilatacio sompni
et alia signa dicta sanguinis multo acies dicit
et si sit a dominio flegmatis signa sunt tarditas se-

Cura

dicta

opones desce[...]

pond[...]

causa
plenitudo

Convicta

signa generis

specierum

sium multitudo sputi et mucositas et pigritia
corporis et mollificatio eius corporis. Ras
in divisionibus non posuit signa aliorum humorum
quia raro fit ab eis et amplius relinquitur ea
notata ex multociens dictis. Primo continentis dixit
Ras quod in eis sepe accidit ebriis et dor-
mientibus supine quia talis accubatio est causa
opillationis. Cura ipsius dixit almansor non est
tartarida quam est parambulus ad epilensiam
et eius quidem cura est cura epilensie in aliis
causis ad quam est conversum est. Auctores tamen
specialiter composuerunt in cura tali de istrumento di-
cte. Habitet igitur in aere sicco ad caliditatem de-
clinanti et letetur pro posse. Habeat sociam dile-
ctam quam quod post unum audiat vociferantem vocantem
ipsum et fricet manus eius et pedes et caput
eius fortiter et aspergat faciem eius cum aqua
roxata et det sibi diacimeron cum musco
aut diambra post provocationem vomitus maxime
si ex crimina fuerit repletione stomachi. Si autem fu-
erit passio a sanguine a potu vini et rep-
dulari comestione abstineat ab omni re que
multum generat sanguinem. Et passiones ex flegmate
regimen erit subtiliandum et hoc cum minoratione
cibi et potus et usu ciborum et potuum subtili-
antium. De cura per potionem dixit Ras primo
continentis: mapiedum est a flobotomia et hoc si
fuerit a materia sanguinea nam dixit ipse in dispositioni-
bus quam est a sanguine secans quam post flobotomiam
siphenem vel alterius vene fuerit facta evacuatio
confert ventosatio auris et si fuerit ex do-
minio flegmatis curetur cura epilensie et solva-
tur venter cum cochiis frequenter et si vires
fuerint fortis et si fuerint debilis cum pillulis
de lapide lazuli et de epithimo et maxime
si fuerit humor melancolicus. Deinde conforta ca-
put ne recipiat humorem vel vaporem superius
notatum dictum multociens et provocatur ad resolutionem
vaporum ex capite et si in eo eos noverimus contin-
neri ad quam intentionem Gordo dixit: unge
caput cum oleo laurino et rutaceo. Sit autem
in frigore complexionis ut sint olea actu calida
et calefacientia potentia et sint sulphurea pau-
ca sulphureitate et conferunt omni tempore unctiones
facte cum supradictis oleis super nucam et spi-

Gordonius dicit purgatur cum oxigenicum humoris et semper
addatur yeralogodion aut yera ruffini

conferunt emplastra rubefacientia. Dixit Ras primo
continentis: patientes incubum aqua calida cum quide-
cim grana peonie accipiat et utatur eis cas-
sidue. Et amplius dixit quod iuvat incubum si-
cut unum granum aut duo aut tria peonie singu-
lis diebus et confert in cura omnium incubi confor-
tatio cordis et stomachi maxime cum electuariis cor-
dialibus et stomachalibus bonam digestionem parantibus.

De generali cura egritudinum nucae et nervorum

[S]citum est apud medicos plurimas
egritudines fore nuce et nervorum fri-
gidas humidas materiales et materiales
flegmaticas. Et ideo ipsi generalem curam compo-
nentes ipsarum totam dixerunt contra egritudines flegmaticas
auxilia afferentes calida et sicca. Et ego in
hoc loco eos sequar que ab eis referuntur addu-
cam. Sciendum tamen est quod egritudines iste cum inveterantur
aut vix aut nunquam curantur et si decrepitis acci-
derint incurabiles relinquuntur. Cause istarum
egritudinum nuce et nervorum alie sunt primitive
alie antecedentes alie coniuncte. De primitivis sunt ac-
tualis frigiditas et potentialis sive intrinsecus sive
extrinsecus approximet. Habitatio in locis frigidis
et humidis et in trahentibus moram sub arboribus
umbrarum malarum ut nuces ficus. Motus animalis
fortis longa tristitia motus corporei fortis post
cibos et potus frigidationis plurima post repletionem
cibalem humidalem et balneum. Iste superflua quies et
ocium quam sunt cum multiplicatione superfluitatum sompnus
prolixus diurnus sompnus supinus supra coitum
factus supra repletionem cibi vigilie superflue ci-
bi frigidi et humidi dure digestionis cibi acuti mor-
dicantes que sunt cum delatione humorum malorum ad
nucam ad nervos sicut sinapis omne frigidum et sulph-
ureum siccum actu vinum in substantia subtile in sapore acu-
tum sicut malvaticum. Sicut vinum sua amicitate et
conformitate ad naturam cito cum eius perfecta dige-
stione trahit a membris et sic indigestum pervenit
ad nervos et replet eos humiditate indigesta que
in eis stans accessit et putrescit et maxime no-
cet vinum sumptum in ieiunio. Aqua calida bibita
replet nervos et laxat ebrietas frequens cibus
sive potus sumptus supra cibum indigestum coitus
superfluus casus et percussio ad caput et spon-
diles nuce et nervos motus laboriosi magnum

Cura

Dieta

Diathor

Poco

Incubus a parte

Cause primitive

introitu in frigido egritudines nervorum / narcoti
ce membre et multum calide. Et in summa generaliter
nocet cerebro nocet nuce et nervis. De causis Antec.
antecedentibus scilicet mala complexio frigida dominans cerebro
dominans et nervis vel toti corpori aut mala
complexio humida multiplicatio rumatum ventositatum
seu vaporum in cerebro vel in toto corpore
et proprie humor fleumaticus multiplicatus minima
strictura meatuum et nimia debilitas et
laxitas naturalis nuce et nervorum et dolor in illis
partibus propinquis. De causis coniunctis est mala
complexio pura aut cum materia apparente vel non apparente
opillacio ipsorum. Curatio igitur triplex perficitur in
istis dieta pocione et cyrurgia. Et dieta Dieta
quidem consistit ut fiat mansio in aere calido et
sicco et mora ad ignem et sub sole corpore
non purgato prius. Conferunt eis gaudium leticia
et ira. Et similiter coitus fortis post purgationem
et ex eo melius est illud quod permutat
complexionem malam nuce et nervorum frigidam et humidam
et tale est coitus moderatum / et post purgationem
iuvat eos balneum siccum actu vel sicut
stufa vel clibanus. Et similiter est balneum potentia exsiccativum
licet actu sit humidum. Iudeus dixit
mirabiliter consilium de liberatione paraletica
et spasmati et aliorum pacientium frigidas egritudines
nervorum ex introitu balnei habentis mineras
calidas ut sulfurei marini et similium vel
balneum exsiccativum naturale vel artificiale. Et
dicit multum utilibus est balneum cum oleo in quo decocta
fuerint vulpes vel catulus lupi usque ad
dissolucionem carnium eius et iuvat eos vigilia
moderata sine equalis exercitium sine virtute
ut calefaciat et desiccet et non prosternat
virtutem nec infrigidet per sudorem excessum sit
regimen in dieta exsiccativum et calefactivum
ex cibis et potibus et condimentis eorum et sit cibus
ipsi et potus cum suis condimentis proprietatem
habentibus ut nervis conferat sicut grana pinei
dixit rabi 22a particula comestio capitis leporum Capit lepor
valet quod concedi potest et est utilis pacientibus
tremorem. Et medicus per experientiam invenit quod est
utilis dormitacioni et paralesi. Et dixit mesue
confert eis ius gallorum antiquorum secundum doctrinam
Galieni. Et de herbis conveniunt assa origanum
et zz. et piretrum et admixtio ciparum in
primis cum elevatur a toto cum speciebus condita
stiptici. Ex herbis confert maiorana rosmarinus
salvia yva ysopus polium et thimum
similiter et brodium carnium et spigorum. Ex fructibus
pinee avellane passule ova galline
assa. Et condiatur cibaria ipsorum cum speciebus
que sic fiunt. Recipe trium piperum gariofilorum acori confectio(?)
ana ℥ s. piretri cubebarum beyl ana ʒ i.
cinamomi zz ana ʒ ii. macis cardamomi
nucis muscate croci ana ʒ s. et comedat
assa et frixa. Et potus eorum sit ydromel Potus
Et dixit mesue de potibus est ydromel
recipiens sansucum et polium maiorana et salvia
et vinum album. Et dicit quod ex potibus conceditur
potest vinum debile potatum limphatum cum aqua
pluviali quod potius sit rubeum quam album.
Ydromel valet egritudinibus nervorum frigidis
et incturarum et cicatrosis stomaticis et catarrosis
et capitis frigiditati quod sic fit. Recipe potus vel
aque pluvialis vel loco eius aque fontis clare [illegible]
lib. x. mellis albi optimi lib. v. calamenti
origani ana m. i. salvie maiorane polii y-
ve ana m. s. bulliat ad ignem in movendo
sepe spumam eius donec medietas eius fere
sit consumpta tunc colet et in eo optime decolato
et despumato ponatur huiusmodi species. Recipe cina-
momi electi ℥ iii. piperis zz albi gariofilorum
ana ʒ s. et iterum ferveat uno fervore deinde
removeatur ab igne et ponatur in aliquo
vase vitreato non obturato et dimittatur
sic donec residat deinde totum quod desuper
est clarum in vase vitreo vel ligneo ponatur
et dimittatur sic donec post ebulicionem suam
et fermentationem deveniat clarum deinde eo
utatur paciens loco potus et est ei utile et expertum.
Cura vero completur cum paucitate cibi et Potio
potus et emissione superfluitatum omnium die
de tercio aut ad alterum pocionis. Dixit mesue
si egritudines fuerint a complexione pura solum indiget
alteratione et post illud confortatione cerebri
et nervorum et sic tangit medicatio
supradicta a re preter naturam. Dixit Avicenna quia
iste egritudinum consistit in duobus scilicet purgatione
materiarum et alteratione complexionis et dereliquit

noṁ inchoatione a re nali quā cōpsit
mestie · diamus igr̄ q cura hay egrituz
Tricem 6 sic cōplet intencionibus quay pina maz
1 digerit · 2a illā euacuat 3a eā ducit
2 ad loca opposita et r̄mota · 4a malā cō
3 4 5 6 uez pmutat · 4ta confortat vtute cebri
et nuor et 6ta corrigit accidentia ./
Notit q egrituēs pelce nuce et nuor sm
plurimū nō st acuti mot sed tarde dantes
inducās medicos ad curādū r̄gulait io
sequētes curā r̄gulare auctores adeduo
cunt i ca cuiō · Mestie dio cl cura pa
lesis egrituēs nuoru et incturay nō nisi
a forti agēte r̄ctificant veruntū q nisi ita
sit de melioi opone ē nō ppararead u
suz farmacie s fortis sumes li farma
cia tum pro alteratiua et digestiua q e
uacuatia et hoc ne subito tollat virtus i
debilitet per euacuationēz forte et ne r̄soluat
s virtus et forte ma i pte sua subtili et
r̄maneat grossa difficil radicacois sic
ei cōtingit ex administracōe fortiū calidoy
In pnō dio Auic in cura palesis nō pro
peres i usu medicinay fortiū i pnō egritu
dinis et assignat cā in hoc cū alia et
est q medicine siue altatiue siue digestiue
sint siue euacuatiue i pnō appropiate agi
tur maz indispositaz et inobedientē actioi
eay et ideo quāto ma ē mag rcepta per
sui grossiciē et viscositatē tāto magis est
retardandus usq medicinay fortiū et nimie
1 intencio digestio solutiuay · de intencōe naq pma concordant
oms ad digerēdū · syrupm et stacados cō
mena notabile quo utēdū est et valet
syrus talis i pnō usq ad vii die ul ultra
Syrup qui sic fit Rx acori yue maiorane an ʒ ii
i capilli veneris ʒ ii passulay ʒ ii · bulli
ant i aqua sufficienti et colet et sirupizet
cū melle despumato · aliq syrus digestiuus materie
ad idem flegmatice i incturis et nuis Rx acori feni pe
trosilij apij spic brusci yreos aristo ro
cmille bione an ʒ i semis anisi cōi an le
uistici carui seis rute an ʒ i maiorane
poly mentastri betonice yue calamenti ysopi
thimi pulegij origani mentastri centaurie
minoris an ʒ i passulay ʒ ii · cardamoi
piretri calami aromatici sq̄nāti an ʒ i s infu
dant omia i aqua sufficienti per duos dies de
inde totū ponat in alembico et distillet et
distillatura syrupizet cū melle et aceto scilitic
cū pauco aceto sqlitico et aromatizet cū nu
ce muscata et cubebis et sit dosis ʒ ii cū
ʒ ii aq saluie / oximel simplex quoq uocatur
clarū i huioi egritudinibus quia rōe aceti nocat nuis
oximel tn̄ cōpositū pauce acetositatis et sili
oximel sqliticū multi cohibet dicentes tolli
nocumētū aceti calitāte medicinay calidarum et sqlle
2 intencio euacuatio · Intencio 2a pstat ad euacuacōem · In pnō cum
hijs pillulis que sic fiunt Rx pulueris ierepigre
ʒ ii turbit albi ʒ i agarici ʒ i s mastic ʒʒ
nucis muscate sticados maiorane an ʒ i
informet cū suco rute dosis a ʒ i usq ad
ad ii et cōpetunt pille de euforbio et fetide
· debet aut ee pelce medicine fortes q materie cau
egritudinum sunt frigide et sunt grosse et viscose et rare
sunt r̄mote et difficiles a vijs coibus euacuationis · de
de vomitu euacuatione per vomitū notat q i cōsuetis vomere i
pnō vomitus est prouocandus et sic in hijs ma
bus flegma multū est contentū i stomacho sed
tū cū facile euomitur · In processu aut cōpetunt
vomitiua fortia sicut dicetur i curis spalibus ·
de euacuatione aut per clisteria conueniunt acuta
clistere veruntamen i processu debet fieri acutiora · Clisterē
bonū in hoc Rx seis anisi anisos cimini leuis
tici seis rute an ʒ i s seis carui cōiusq ʒ
i centaurie minoris poly calamenti origani m
curialis an ʒ i agarici ʒ ii et coletur
et i colatura dissoluant benedicte et electua
rij mel an ʒ vi et oli de lilio ʒ ii et sup
3 intencio sudacio ponat tepidus · diureticae uero ad urina
prouocanda et sudare faciētia i huioi nuo
y egritudinibus confert in processu sufficienter innoua
ta ma iuuamēto magno valde · de intencōe
3 intencio diuersio tercia que erat ad diuertēdū maz notat ea de
bere fieri que i diuisione ab alijs mebris dicta
sunt cū oi mō diuisionis · q si a cerebro ma flu
at ad nuos cōferunt i hac intencōe sternuta
cōnes caputpurgia et gargarismata que a
capite deponunt maz flegmatica et de hijs di
cet in specialibus curis nuoy · In intencōe uero

nerv ad attractione qua quartam esse dix
imus dicitur q ipa approximari debet et
pti ab intus et ab extra / de utrisqz dix
Avic. 9no tract. et nervor. Inunctio ca. i
ca. de cerebro dicitur qua pp ad curas egritu
frigidar. cerebri i precedentibus positas oz breve
recursum. et approximata quidem per istis pos
sunt approximari sub quacumqz forma mag
habili paret et debet eligi ex eis que
iuvat et nervos iuvat cum proprietate sic est
acorus conditus conditus. Et sic Avic. dixit
confectio sm meslie ad egritu nes nervorum frigidas
et est diacorus. R. seriacul pinear. mondatar
radicum acori an. lib. i. s. et sint seriacul
et acorus elixata et despumata et misce cum
eis post pineas mell despumati lib. x. et de
coque lento igne donec spissitudinem acquirat
et deinde deponat ab igne et proice sup
ipas pineas et misce ad invicem postea pul
veriza desup pulverem q sic fit R. piperis
longi gariofil ℥ ii mag. an. ʒ ii. macis musca
te galange cardamoni an. ʒ iii dosis mane
et sero ʒ i. de conferentibus est plius arcothas
cum musco Ras dix 9no continent. auctore Galie
castoreum est melior medicina omnibus aliis que re
periatur ad egritu nes frigidas nervor. et cerebri cum
bibitur cum aqua mellis aut cum fit cum eo suf
fumigium aut cum fit cum eo et oleo veteri fri
catio dix q ruta sm omnem modum administra
cionis eius malam 9plexionem nervor frigidam et
humidam alterat et eos confortat et ppe co
mesta cum vitellis ovorum et salvia ponit in
decoctione ydromellis et convenit nimis ibi.
Avic dix iuvat eos sticados propter eius proprie
tatem cum datur omni die ʒ i. pulverizatum et suptum cum
syr. mellino electuarium cum proprietate confert
frigidis egritudinibus nervor R. radicum acori
et peonie gariofil an. ʒ i s. cardamomi ma
ioris pol. y. antimorie minoris sticados piper
tri piperis corticum macis muscate cube
bar. an. ʒ i. ine ʒ xii pinear. mundatarum
pistar. ʒ i. mell. lib. i. s. conficiatur dosis ʒ
iii mane et sero cum potu ydromell. Ita dix
Ras 9no continent omni die de electuario ana
cardino ocs ei conveniunt i eo q ipm est hab
egritu mea to solvens ole stace et
desiccans cum fortitudine et ritu et mel
datum administrat ad oes egritu nes frigidas
nervorum cum aqua decoctionis yue aut foliorum
rute et salvie et confert omni tempore egritu nis
i principio an purgacione quia digerit et sub
tiliat mam et permutat materiam 9plexionis frigide
dix gentilis q meslie non intellexit i principio an oes
purgacione sed an purgacione cum medicinis
fortibus / cum levibus non purgacione permittit
quod ex eius supioi quod dictum est non debet
digeone et alteracione fieri i principio cum medicinis
fortibus / quales sunt ille et maxie sumpte cum
predicto apozimate et conferunt post purgacio
nem quia residuum materie resolvunt et adhuc
habet proprietatem conferre innamito nature s
to ipis nervis et debet esse fervitute et anti
quate et sit dosis ʒ s. singulis diebus dix
Ras 9no continent bonum vinum acuti sapor
igneri coloris et antiquum cum datur i potu pre
post prandium cibum iuvat i dispoe frigidar egri
tudinum nervor et hartinum de pte nocet
confert tamen p actus inquantum consumit et resolvit
paucam tamen / Medicine vero ab extra approxima
te pnt administrari iungendo embrocando et
fomentando suffumigando. dix Ras 9no continent
si sensus et motus deperdit i aliqua pte membri
debes occurrere cum medicina tua localiter radi
ci nervi venientis ad ipm membrum / multociens
ei curavit Gal. homines qui pedes erant debi
litati cum medicinas quas apposuit sup verte
bram dorsi eorum et liberati sunt sine appone
medicine sup pedes eorum sile et debilitatos
i aliqua pte manus curavit cum medicinis appositis
iterioribus spondilibus colli sine appone medicine
sup manum Ex dictis appz q dix ypo. i libro
de consiliis ut ponit 9no continent omnis me
dicus cum curat spasmum aborum laterum ul tre
morem totius corporis aut rectugacionem a
lapitudinem totius corporis a facie incipi
ponit eorum intencionem et curam esse posteriorem
pte capitis / de sentit Avic. q i eo pme na
localiter est i posteriori pte capitis. Aut me
dicus plurimum complet curam omnium egritu nerv
sicut est paralesis spasmus tremor stupor et

Ex ito alto
dyacorum
castor
ruta
sticad
elim bo
Anacar dino
tyriaca met
unguen
Me ne ab extra

tortura cum administracione omnis studij ad ca
pitis partem posteriorem et nucam et illud ideo
quia accidit secundum nucam plurimum hec instrumentas
in nervos motivos quorum ortus est a posteriori
parte cerebri et nuca. Eorum vero qui ad
faciem dirigunt ab anteriori parte cerebri et de
oleis approximandis conveniunt ea in quibus est
unctuositas sicut est oleum rosarum antiquum et similiter
oleum de narcisso et de yreos cum glutino al
botini et oleum de been et de ruta et de eu
forbio et de piperibus et de oleo philosophorum.
Auicenna laudat oleum de costo oleum de anacardo
rum quod sunt vehementis proprietatis in unctione

Ungt. opti.

inmobilium ad egritudines nervorum. Sudas que non
dum est post purgaciones. Recipe olei laurini olei
de lateribus olei distillacionis terbentine olei
de narcisso ana ℥ .ij. vini malvatici ℥ .viij.
piretri piperis sinapis granorum iuniperi cumini
ederc anacardi ana ℥ .ij. terantur ista et misce
antur cum oleo et vino et bulliat in vase dupla
lento igne ad vini consumptionem tunc colet et
bene exprimat et superaddat cere galbani bde
llii euforbij pinguedinis castorei adipis ursi
et anatis ana ℥ .ij. et fiat unguentum. Sunt
tamen qui provocanda est febris sed non nisi post
purgacionem. Nam febris supveniens spasmo
et aliis egritudinibus nervorum a materia frigida con
fert. Et de hac febre dixerunt antiqui et sa
pientes quod talis febris non debet esse de specie
febrium acutarum sed de febre multe caliditatis
cum putredine non maligna nec periculosa. Dix
erunt alij quod nulla febris putrida superveni
ens dictis egritudinibus est utilis et ideo di
cunt quod sola febris effimera convenit. Galienus dixit
non indicat febris nisi certificato quod non ac
cedat calor nisi in spiritibus tantum et non in
humoribus et dixit quidam quod ad provocandum
febrem in dictis egritudinibus debet medicus in
spicere si egritudo est talis quod det ei eius indutias
ad curam et si sic debet incipere a provo
cacione effimere que si non sufficiat debet
provocare febrem interpolatam in multe caliditatis
que si non confert debet provocare febrem
interpolatam caliditatis. Si vero egritudo est magna
et periculosa ut spasmus et tetanus vehe

mens fortis quia talis egritudo non dat inducias
medico tunc debet incipere a provocacione febris
interiore caliditatis. Et dicunt quidam quod egritudines iste
sunt particulares alicuius membri particularis ut au
ris vel manus non debet medicus in cura eorum
provocare febrem saltem putridam quia talis egri
tudo est minoris periculi quam ipsa febris. Sed so
lum debet provocare quando iste egritudines contrahunt
totum corpus a facie infra vel unam medietatem
corporis vel saltem quartam partem totius corporis. Et auc
tores quidem docent provocare febrem continu

Fe indu-
centia

endo infirmum sub sole estivo aut prope ig
nem fortem aut ponendo in balneo in stufa.
Et de medicinis febrem inducentibus ab intra
sunt electuarium anacardinum opopira diacali
on piperon et tiriaca antiqua. Et galienus
dixit detur ad bibendum ℥ .ij. castorei cum elec
tuario anacardino quia hoc electuarium de

Sudorem
facien.

sui proprietate inducit febrem et sudare facit
et removet infirmitatem. De medicinis autem ab
extra approximandis inducentibus febrem sunt
omnes ille in quibus est proprietas et potencia
calefaciendi et inflamandi spiritum et humores
saltem spiritum propter hoc quod ebullicionem faciat in
humoribus. Et confert ad idem fricatio cas

Fricatio

pere cum pulvere euforbij et panno aspero.
De remediis autem ad confortandum cerebrum nucam et
nervos sufficiant que dicta sunt in precedentibus ca
pitulis de confortantibus cerebrum. Et ista putamus suf
ficienter evacuacionem dicendum et esse cum et maxime
sunt evacuacione et evacuacione dicta sunt. Et ista quidem
communiter exhibent in nocti cum digerentibus et cum
alterantibus. Et debet eligi propter conveniens que
cum proprietate confert nervis. De remediis autem
ad correctionem accidentium dicetur in particularibus
curis. De instrumentis cyrurgie noticiam habent
quod ipsum est conveniens in curis dictarum egritudinum
nervorum et de ea loquitur in particularibus curis.

De paralesi

Paralesis est opillacio nervorum sensibilium
vel motivorum et corporis relaxacio membrorum
supposita a sensu vel voluntario motu pri
vans vel utroque. Gordonius dixit quod paralesis est mol
lificacio nervorum cum ablacione sensus et motus.
Et revera ista est que contingit hodie a medicis

intelligitur pro paralesi · paralesis vero mul tis modis dividitur primo namque secundum situm in extensione et remissione et secundum loca corporis in quibus accidit · nam si sit opilatio vel alia causa in origine nervorum fit cessatio sensus et motus in toto cum nocumento virtutum gubernativarum · Si autem opi latio fiat in uno latere et sit hec in nervis illius lateris principio sit cessacio illius fit lateris cum eodem latere faciei · Et Gilbertus dicit quod paralesis est duplex una universalis et est illa que tenet medietatem corporis secundum longitudinem vel ambas medietates sub facie · Et alia est particularis que fit in aliquo membro particulari · Pre terea dividitur paralesis secundum modum sui eveni ... nam alia contingit per se et primitive nulla pre cedente alia egritudine ad quam ipsa sequatur et alia alias sequitur egritudines et est crisis ea rum · Preterea dividitur secundum suas causas secundum quas alia pro venit a causa primitiva et alia a causa intrinseca et alia sequitur mala complexione et alia mala compo sitionem et alia solutionem continui · ulterius di viditur dispositione humoris a quibus fit de quibus causis dicat dicimus non autem est quod destructio sensus et motus fit quando spiritus sensibilis et moti vus prohibetur a penetratione in membra aut si penetrat prohibetur eius impressio in ea prohi bicionis aut penetracionis spiritus in membra et im pressionis eius in ea causa est aut mala compositio aut solutio continuitatis aut compositio et iste aut pro veniunt a causa intrinseca aut a causa extrinseca mala aut complexio aut est pura sine materia aut cum materia et est aut simplex aut composita · Et mala quidem complexio secundum plurimum est causa prohibicionis impressionis in membrum et aut calida aut fri gida aut humida aut sicca aut ex hiis com posita · Avicenna vero dicit quod mala complexio calida non prohibet impressionem eius dummodo regit sive et ulterius et sicca complexio est in hoc propinqua medio calide · Et apparet hoc manifeste in fe bricitantibus acute et in ethicis quibuscumque in quibus cum caliditate et siccitate conveniat mag ne sunt sunt tamen motus et sensus · frigida autem complexio et humida prohibet a sensu et motu frequenter nam frigida complexio est contraria sen sui et nocens ei · nam eius motus est inmobilitas et frigi

permutat et aliquando sit debilitas visus propter defe
ctum palpebrarum oculorum et dixit Auerrois sa
ne debes quod cause debilitatis visus sunt sicut
medietas earum causatis et illius qui videt
res propinquas bona visione et non videt
eas res a remotis visus non est adeo bonus
ut visus eorum qui videt propinque et in re
mote bona visione et est dicendum quod debilitas
visus istorum est media inter visum debilem pe
nitus et visum optimum et quod impossibile est esse
visionem rerum propinquarum et remotarum equa
lem nisi in debili in fine nec similiter inter illos
qui habent bonum visum perfectus in bona visione
in fine aut possumus dicere quod iste visiones
non habent excessum super alias nisi in visione rerum
remotarum quod dicit quod res propinquas videntur a debili
bus et a fortibus secundum unum modum quare sit

ut nos videmus res propinquas sicut videt aquile quia aquile non habent excessum supra nos in visu nisi in rebus remotis et sicut illa res invenitur in specie ita in individuis. Et dixit avicenna qui bene videt rem propinquam et non bene videt rem remotam eorum oculi indigent forti motu et hoc maxime accidit illis qui habent oculos eminentes et quia eorum oculi sunt prohemimentes ideo istorum visus est debilis et expansus et causa est quia spiritus visibilis dispergit et disgregat unde indiget forti motu pro propinquo si debet videre. Et e contrario qui habet oculos profundos remotius videt quia spiritus visibilis in eis est magis aggregatus et virtus visibilis est fortior et etiam lux in maiori quantitate recipitur. Aut dicit avicenna sit hec debilitas in visu propter malam complexionem accidentalem aut propter humiditatem tenebrosam. Et rufus dixit quod accidit debilitas visus ex victoria siccitatis et signum eius est rubedo et apparet ei in stellis pulveres et ymaginationes erit ei nigra et vocatur hec egritudo turbatio oculi. Judeus dixit quod ploratus nimius debilitat visum et induat pressuram oculorum. Et dixit avicenna causa in illis qui vident a remotis in modicis in remotis et non videt a prope est debilitas instrumentorum ipsorum et eis propter quod res visibiles non videntur nisi mediante aere lucido indigent oculi debiles pluri luce oculis fortibus. Et quando visibile est remotum ab oculis lux que est inter ipsum et oculum est pluris quantitatis ex naturali positione instrumentorum visus sive naturali sive accidentali sive a causa intrinseca sive extrinseca impedimentum in visu occurrit. Si enim pupille fuerint deflexe visum obliquum prestant ut potius in latere quam in rectum videre conantur. Si vero inequaliter fuerint locate ita quod una plus inferius flectatur et alia plus superius sit elevata res visa quelibet dupla videtur. Similiter multitudo spiritus secundum diversitatem substantie et qualitatis infirmitates visus debilitat. Cum grossitudine fumositate spiritus inficiente grossa et subtilia corpuscula volare credunt. Conversis quoque a tenebris ad lucem subito magis ledit quam conversis a luce ad tenebras licet utrumque ledat et quoniam causa est subtilitas et grossities spiritus cadet in tractatu

creationis et quoniam est ex tempore provenienti. Ex creatione prout est claritas cum subtilitate et humiditas cum grossitie. Ex tempore sic aspectus ad lucida vel obscura spirituum propterea et substantie oculorum claritatis et subtilitatis et eorum positio et quantitatis varietas ac rerum que videntur sunt visum variant. Unde quedam animalia propter albedinem oculorum et subtilitatem visibilis spiritus in nocte vident et non de die. In die namque aeris claritate oculos reverberante et cooperante oculorum albedine ad districtionem visibilis spiritus ut pote subtilis et clarus facile disgregatur et deperditur. In nocte vero aeris obscuritate aggregatus confortatur et confortat aciem illum videntem et ideo visum ut in nocturnis manifestum est. In aliis vero animalibus quorum nigri sunt oculi et spiritus visibilis grossus et obscurus aeris claritate illuminatus ad visum operatur. In nocte vero obscuritate obtenebratus visum non prestat quod in hominibus est manifestum. In vespertilionibus quia eorum instrumenta sunt varia et eorum spiritus modicus inter obscurum et clarum visus in mane et sero pro aeris mediocritate prestatur non autem in die propter nimiam claritatem et propter nimiam obscuritatem. In lince tanta spiritus subtilitas et claritas est ut in obscuro aere in angustis poris parietis contentum illustrando ad videndum rem ultra parietem positam moveat. Aquila licet claram habeat instrumentum in quadam conformitate tamen vel quia in ea multus est spiritus visibilis vel quia eius pupilla valde est angusta unde parum exit spiritus cum funditur radiis solis oculis obviat et sine offensa oculum ad videndum intendit. In nobis autem quia non est multus spiritus et pupilla est ampla sine deperditione visus propter nimiam spirituum disgregationem solem diu intueri non valemus. Et ideo propter paucitatem spirituum compassionem sustinentes ex claritate luminis effugiunt merietes inde obtalmiam patientes et hinc questio solvitur quare quidam bene vident longe et quidam prope et similes. Nam si spiritus sit multus et obscurus quia ex multitudine clari aeris interiecti depuratur et subtiliatur bene percipit longe posita et male prope posita quia per paucitatem aeris interiecti non subtiliatur permanens in sua grossitie et obscu-

claritate obtenebratur et hinc cum legit
uel scribit elongat a se librum uel cartam si
uero fuerit paucus et clarus claritatis siue
grossus prope posita perfecte prospiciat sed propter
paucitatem cum actio deficiat disgregatur et
longe posita minime distinguit positio etiam
uariat visum nam in lumbis palpebras assidua
eorum clausura spiritus integrat uirtutem visus perfecte
perficiat · alia uero palpebris aperta et con-
tinua oculorum apertione operante ad continuam
disgregacionem spiritum inperfecte videt ut piscis
et hystilia · producunt autem dixit Rasis debili-
tatem visus anetum caulis lenticule basilicon
sal carnes grosse aceti scarificatio coitus con-
tinua ebrietas vinum dulce cibaria multum nu-
trimenti et que sunt tarde digestionis et calida
ria coitum et acuta et melancolica multus sompnus
et multe vigilie · de causis autem paucitatis
spiritus dico quod spiritus potest esse paucus duobus modis quod
licet sit multus prohibetur tamen venire ad oculum
uel ad concava oculi scilicet pupilla propter opillacio-
nem uel divisionem uel aliam causam prohibitivam
alio modo in sua essencia aut quia factus ex pauca
materia conueniente aut quia paucificatus propter aliquam
causam diminucionis eius sicut est vehemencia siccita-
tis consumentis ipsum multitudo euomitum manifestarum
ut sudorum fluxus coitus et aliorum ex quibus
spiritus totum corpus dicatur Aut dixit Avicenna
est propter debilitatem anterioris partis cerebri cum non
potest attrahere neque spiritus que postea non mittuntur
ad oculum primitus ex quo et propinquitas mortis
inducat debilitatem visus Et quandoque causa est ex parte
tunicarum oculi et quandoque ex parte foraminis uvee quod
est pupilla ex parte tunice cum advenit illi mala com-
plexio simplex siue composita parva siue humoralis
siue vaporosa ulcus color contineus ut in cor-
nea et tingens ipsam ut interiora ortus panni
cli ut ungula grossicies venarum et sebel
Ex parte foraminis quia super naturalem eius convenientiam
uel dilatatur uel opillatur integre aut non integre
ut Avicenna dicit in propriis capitulis Et quandoque causa est
in humoribus oculi que omnia potest videre ab Avicenna
et quandoque causa est in nervis obticis uel propter opillacionem
aut apa aut rupturam Cause extrinsece debi-
litatis visus ut aer nimis luminosus mora in

radiis solis inspicere in sole aspectus rerum lu-
minosarum nam hec disgregat et resoluunt
spiritum et desiccat tunicas et humores oculorum
aer etiam tenebrosus cum est in eo longa mora
inducit debilitatem visus sed temperata mora il-
lum confortat · Signa debilitatis visus facte
a debilitate cerebri est aliquod signorum significa-
tivum nocumenti in cerebro cum hoc quod sint reliqui
sensus lesi cum illo · illud enim significat fiat
debilitas cerebri maxime totius cerebri vero quod
uis insit aliud contingit quod omnis sensus ledit
debilitate cerebri uel duo uel tres uel omnes de sig-
nis nocumentorum per proprietatem et facto a cum pau-
citatis et subtilitatis spiritus dixit Avicenna si spiritus
est subtilis et paucus signum est quod videt rem
a proximo siue perscrutacionem et perquisitionem
quia in eius res de facili propiqua imprimuntur
sed non videt quod elongatum est cum perscruta-
cione · de signis provenientibus ex grossitudine
et multitudine spiritus dixit Avicenna quod si est grossus
sus et plurimus deficit ei perscrutacio intueri
longinquum et non perscrutatur visionem propinqui
quasi videt clare longinqua sed non clare
propinqua Et per hoc quod hic dicit de spiritu de-
dit intelligere quod habeat dicere de spiritu pauco et
grosso et quid de multo et subtili de signis
debilitatis provenientibus ex parte tunicarum et sudarum
et humorum vitrei et cristallini · dixit Avicenna
quod cognitio eius non est certa sed solum estimativa
et non intellexit de cognitione dicere eius an proce-
dat a causa calida uel frigida quia talis est certa
sed intellexit de cognitione ad sciendum an dictarum
partium debet appropriari · Nocumentum autem visus
provenientes a siccitate fortificatur et incedit
cum vacuitas est ventris et apud coitum et solu-
tionem et apud eiectiones et in hora meridiei
et cum provenit ex humiditate est e contrario Et intellexit
ut predicta fore vera de per se per accidens tamen possit
esse contrarium nam potest debilitas visus ex humidi-
tate manifestari et intendi tempore vacuitatis
et occultari et remitti tempore repletionis
ut cum est aliqua materia a stomacho conveniens oculis
quam calor agitat tempore famis et facit eam
evaporare ad caput et ad oculos et cibus
assumptus facit eam quiescere et evaporacionem co-

Signa a cerebro

Cause extrinsece

heret. Amque non possunt curari debilitatem
visus sine dimensione omnium causarum sed solum secundum
quatuor scilicet siccitatis et humiditatis grossi
tiei spiritus et nimie vaporationis surgentis
ex stomacho. de siccitate dixit quod iuvatur humec
tantibus et aqua lactis et mulsione lactis
super caput et potu eius et ponatur olea
humectativa super caput et prope. Cum fue
rit debilitas visus in convalescentibus ex
fortibus et acutis egritudinibus conveniunt cepina
quies capitis pinguium humectans. Et si fue
rit a siccitate tunice oculi preter siccitatem ce
rebri vel totius corporis cum corpori est. dixit
Cap. hepatis — 2o sunt qui hepates in assis eorum continentibus
mutantibus et everitis eorum interioribus et fel
le manente integro si bene abluantur et
decoquantur sale aceto et bino vinum eorum
Ovum columbe — comestum valet infirmitati visus. albumen
ovi columbini recentis colirizatum confert.
Et si debilitas visus ab humiditate pro
cedit evacuet humorem peccantem et in hoc
cum raro scilicet aloen competit. Et si competit
et dixit paulus minue brachium et po
stea lacrimale et ventosis confert frictiones
et maxime pedibus et post evacuationem confert
provocatio sudoris et urine deinde conferunt
gargarismata masticatoria sternutatoria
digestivum bonum in debilitate visus propter
magis ingrossantem spiritum animalem. Rx feniculi
silvestri vel sive eius succi cum vino ipsius lo
co aceti eius ʒ ii et eciam cum decoctione
betonice eufrasie succi cardos feniculi siler is
montanum gummi quod invenitur inter corticem
Gummi salicis — et lignum salicis quando floret mixtum cum mel
le caliginem oculorum tollit et oculos mirum
clarificat. Succus prassii succus ubene suc
cus celidonie maioris maxime accepti
de tota planta et bullitur usque ad me
dium cum admisceatur modicum mellis eorum
positus in oculis confert non potentibus aspicere
Aqua bona oculis — claritatem solis aqua optima confert cali
gini et grossiciei palpebrarum lacrimis et
lippitudini et maculis oculorum Rx florum
scilicet aniti foliorum anagolli feniculi flores
rubeos eufrasie florentis rute feniculi agrimo

nie et ubene et rosarum ana ʒ ii et super
aspergatur de optimo vino albo et claro de
inde totum ponatur in alembico et distilletur
dixit Rasis 2o continentis habentes debilita
tem visus debent vitare sopnum post cibum
usque quo cibus descendent in fundum stomachi. dixit
halabas quod tenebrositas oculorum ex debi
litate et paucitate spiritus visibilis curatur
Eufrasia — cum confortantibus spiritum visibilem et eufrasia
inter omnes herbas in hoc optinet principatum
pulvis bonus quo bibitur debilitate visus
uti debet super cibarys suis et salsamentis
Pulvis cum cibis sumendus — Rx eufrasie ʒ v sansuci ana ʒ ii
seminis feniculi coriandri preparati ana ʒ iii ani
carui piperis piperis longi gariofili nucis muscate
zinziberis galange ana ʒ i spice ʒ v cinnamomi ana
mei ʒ iiii foliorum ordeorum Kebulorum ana
ʒ v zuccari albi ʒ ii. Si accidat debili
tas visus ex inspectione solis curetur cum sopno
longo et vino. dixit Rasis 2o continentis pacientes
debilitatem visus vitent assiduacione vinum vinum
dulces grossa cibaria difficilis digestionis et a
quibus ascendunt vapores ad cerebrum nec
diu iaceat supinus caveat ne apponat
oculos vento septentrionali frigori fumo pul
veri tristicia nimie prohibet ascensum vaporum
ad caput sopita post cibum cum dormire dz
et confert in hoc cum electuarium humani
positum a mesue in cura et conservatione sanitatis
oculorum sumptum apud sopnum sopnum et post
sopnum ad confortandum oculos ne recipiat
Electuarium acuens visum — humores ab alys membris Rx eufrasie ʒ ii
feniculi ana ʒ v nucis cubebarum anamoni pipe
ris longi gariofili ana ʒ i succi feniculi de
purati ʒ iii succi rute et celidonie de
puratorum ana ʒ v mellis albi lib. i decoqua
tur succi cum melle ad consumptionem succorum
donec veniat ad spissitudinem et postea su
perponatur species et fiat electuarium dosis ʒ v
Divisio — visum acuit. de divisione autem dixit Ange
iuvat coitus continuatio interiorum et
frica et alys divisionum modis debilitate
visus decrepitorum iuvat ac dorare muscatum
omni die et potare decoctione absinthii et syrupum
acetosum de squilla ante cibum. de cura debilitatis

debilitatis visus sit grossitie a grossitie
spirituum dixit Avicenna superfluis evacuationibus
et divisionibus confert tucia nutrita cum
syrupo depurato sancta aut cum aqua feniculi
et succo prassii et dixit confert fricare al
cohol ex fricatione mirabolanorum citrinorum
cum aqua rosata quando est humiditas subtilis
cum prurutu et calore in grossa autem humidita
te illud nullo modo competeret post capitis
et corporis et stomachi mundificationem fiat ca — *spale*
pitis abrasio et ponatur super commissuram cere
bri nova malleata cum pulvere subtili gariofili nucis
muscate nardi macis succis (?) fiat levi
et aspersione pulveris supradictarum rerum et
de 3° in 3um removeatur nova tamen fricando po
rus fiat ad exclusionem vaporum nocentium
cerebro et oculis et confortacionem cerebri in
digestione sua et utatur in fine tiriaca cum — *tiriaca*
vino decoctionis eufragie et maratri se
nes et flegmatici. dixit generale medicamen con
ferens lectoribus medicis monachis ut le
gant litteras Recipe tucie preparate calchimie — *medicamen optimum*
auri et argenti eris usti cerusse lote spume
maris armoniaci tucie piperis gariofilorum
ana ʒ. i. confitiatur cum aqua eufragie mortarie
de qua quotidie oculis instillet et fiat
mirabile in homine utente bono regimine ali
tum gaudium fuisset electuarium conferens — *electuarium*
debilitati visus ex materia grossa frigida Recipe
cinamomi gariofili bedellii nucis muscate cubeba
rum piperis longi ana ʒ. i. seminis galli triti
ʒ. viii. seminis feniculi sileris montani maio
rane eufragie radicum celidonie ana ʒ. ii.
aceti ʒ. iiii. quantum sufficit Cum debilitas
provenit a lumine solis color niger iuvat de
cura debilitatis visus ex ascensione vaporum
a stomacho est ut utatur cum cibum decoctione ab
sinthii et oximelle squillitico In habentibus
visum obtusum humiditate grossam circa pupil
lam diamargariton (?) omnino purgatione indiget fieri
cte inde et conferunt medicina morchatica que
oculos per lacrimas purgant ut fiat cepe
succus agrestis et post in declinatione. Elec — *electuarium optimum in hoc egritudine*
tuarium optimum quod visum debilem clarificat et
quod omnium restaurat stomacum confortat cibi

gestionem adiuvat ventositatem dissipat re
nes ab humoribus grossis mundificat uri
nam provocat et lapidem frangit Recipe seminis
feniculi lib. i. sileris montani lib. s. cimiedre (?)
os radicum celidonie seminum ana ʒ. iii. seminis
apii abrotani granorum iuniperi ana ʒ. s.
mellis despumati quantum sufficit. dosis ad
quantitatem nucis mane et sero — *signa et ymaginationes cataracte*

de ymaginacionibus

Ymaginaciones sunt ex opere corrupta vi
tute visiva que indicant esse extra ocu
lum quod non est Iohannicius dixit
quod ymaginacionum 4or sunt species quia aut ex corporie
catanitate (?) aut ex re confecta in stomacho aut ex sic
citate albuginei. Aut ex acuitate sensus.
Signa generis habent ex relacione pacientis — *signa generis*
Signa specierum sunt quando fiunt ab acuitate sensus — *signa specierum*
sunt tria primum ut sint fixales et subtiles
et non impediant actum visionis et sunt res fixa
neque perducat ad nocumentum magnum fixa quia
sive sint longo tempore sive non producant
ad maliciam. 2m ut stent secundum modum unum
et figuram unam. 3m est quod homines pacientes as
sociat sanitas et non impedit impedimento p
ducere ad magnitudinem. Signa provenientes — *signa stomachi*
a stomacho sunt quod promovet cum vaporosis
apud comestionem ut porrorum ceparum fabarum
fructuum et commovet apud repleccionem
stomachi et commovet apud digestionem vel cum
fit digestio propter evaporacionem que tunc fit
facta autem digestione et evacuato cibo a stomacho a
cibo quiescat et commovet propter motum commo
vent fortis super repleccionem cibi et commo
vet apud unguine stomachomia procedente
a stomacho et cum ea est nausea et removet
et minuitur cum fit vomitus aut evacuatio cum pig
aut minucio materiarum Cognoscat autem ea que
est a stomacho et que est a cerebro hoc modo — *differentia stomachi et cerebri*
quia illa que fit a stomacho ut plurimum
equalis fit in ambobus oculis que autem fit a
cerebro per cataratus neque in utroque capit
nec in eis equaliter apparet Item si est a
stomacho cibus bene digestis non apparet aut
quod parum et sentit morsus et puncturam
et ardor in stomacho et nocumentum inducto cessat

Si vero in pupilla apparuerit caribi-
litas et obturatio tunc non est a sicco.
Signa eius quod sit a siccitate albuginei
sunt illa signa que diximus. dixit Avic(enna) in
capitulo debilitatis visus si ex omni corruptione sit
fortis a siccitate fit cum vacuitas abest.

Signa distinctiva ymaginacionum preparatarum ad cataractam

Signa distinctiva ymaginacionum preparatarum
ad cataractam ab eis que non sunt sunt tria. primum
est dixit Avic(enna) quod quando continuat sanitas o-
culi habentis ymaginaciones quantum ad bonam
dispositionem complexionis eius et revolutionis eius
oculi quantum ad operationes sex mensibus est
signum plurimum in securitate quod ymaginaciones
que producunt ad aquam non sunt sex men-
sibus in revolutione oculi ymo non cessat
gravitatem cum conturbatione visus donec des-
cendat aqua cum eis subito et raro est quod
pertranseat sex menses. istud tempus non est
punctuale ymo aliquando est post duos menses
aliquando post tres aliquando post quatuor et non est in-
conveniens de ista varietate si bene conside-
retur modus eventus aque. nam fiet ex
vapore aquoso intrante albugineum qui in-
venit in aqua unde possibile est quod in paucis di-
ebus perveniat ad vapor multus. 2m signum
quod cum videt ymaginaciones commoveri et re-
dire et addi et minui tunc scias quod non
sunt aquose nec procedunt aqua futuram
maxime si aliquando recedunt et paciens bene vi-
det sicut ante ymaginaciones videbat.
3m signum quod cum prolongat tempus aquositatis et
non continuat in debilitate visus tunc scias
quod non sunt aquose quamvis crederetur in principio
esse aquose tamen propter virtutem cerebri et oculorum
cum bonitate regiminis et medicinarum potest effici
non aquose. de cura ymaginacionum non
aquosarum que sunt ex siccitate confert. confert
dixit Avic(enna) aliquando humectatio dixit aliquando quod
in non vehementi et non confirmata nam que vehe-
mens est aut confirmata non curatur et intel-
lexit de siccitate complexionali quia illa que
est a natura ut a vaporibus siccis curatur per
evacuationem illius. Cum autem venis ad cura-
tionem que aqua protendunt quia in illis est
timor de descensu aque oportet ut cito subve-
nias et non tardes quia non curatur nisi in
principio. primo ergo corpus mundificari et prope
stomachum et devites frequentiam fleubotomie et ventosarum
cum scarificatione quantum possibile est nisi necessitas
ad id te cogat. si quis sanguis sit plurimum ca-
lidus in quo cum minue basilicam mediam
vel cephalicam secundum dictum sanguis deinde
venas que sunt post aures post evacuationem
mundifica caput cum caputpurgiis masticato-
riis et sternutatoriis si illis indigebis
dixit meo quod consilium suum est ut ista dimit-
tant propter agitationem quam faciunt in caput et
timet ne faciat fluere materias ad oculum.

mundifi°

Medicina autem mundificans et mirabilis in-
venta est yera pigra simplex pillule auree
et que sepe mundificat et paulatim in vice

Sirupus

sirupus. Recipe betonice gariofilate maio-
rane mellisse celidonie ana ʒ. s. eufra-
gie ʒ. i. s. radicum feniculi petrosilini ana ʒ. i.
seminis anisi et feniculi et seminis endivie et
cute sicce ʒ. s. pulvis zuccari ʒ. xv fiat
sirupus cuius dosis sit ʒ. i. cum decoctione que sic

apozima

fit. Recipe seminis eufragie ana ʒ. i. seminis feniculi
passularum florum borraginis ana ʒ. s. decoqua-
tur in aqua usque ad consumptionem tertie partis. po-
stea purget cum pillulis cochiis et aureis liba
centigalli odorata et comesta eis confert
et esse sicuti cuius colirizatum in eaque fit ex
sicco et dirigere studendum quando cerebrum intui-
comparat sicco et timet ne fiat cerebralis et per-
ducat ad cataractam tunc vinum calefaciens
caput sub sole stare odorare multum cala-
fortis caput fricare ventosas apponere diu
intueri rem viridem et intueri res splendidas
cristallum et virida et esse vitare frigida et hu-
mida capiti apponere et cavere flatum ventorum et
hiemem poros cutis opillatos ex frigore cum sor-
dicie ita quod vapores non possunt exalare et
ideo remedium sunt apta modicum cum locione sem-
el

perfusio

fiat in ebdomada et cum fricatione et pectina-
tione repetita utatur sepe kebulis conditis et

Tragea

post cibos utatur tragea que sic fit. Recipe coria-
dri conditi ʒ. iiii. ana conditi feniculi ylon
carum ana ʒ. i. macis ʒ. i. et nuscerant prius
esse perfecta seu sunt non odita integra et

pulverizata et mixta cum ℥ 2 ut non sit appli
cada locullia oculis nisi post sufficientem et
iteratam evacuationem et est semper incipiendum a levioribus
localibus debilibus resoluentibus et abstergentibus
Colirium bonum finale non potentibus tollerare Coll'
fellem ℞ aque feniculi maiorane celidonie
rute ana ℥ 4 dissoluantur in eis aloes ℥ 5
antimony ℥ 4 et instillentur per filtrum Et impo
natur bis in die maioranam secundum omnem modum
administracionis eius valet ad ymaginaciones
ita etiam quod pulvis eius reclusus in pecia varia
et sepe odoratus in die et in nocte teneat inv
plurimum Et de utilibus in primo est colirium aliud
ex succo feniculi cum vino et melle Et ex utilibus
est oleum balsami instillatum videtur piscis aliud
et cibus ingrossans et vinum potens Concor
dant omnes auctores quod a piscibus surgit va
por aquosus quare multiplicat aquositates
flegmaticas aquosas Et ideo dictum est ab Avicenna nota
in 2° canone capitulo primo quod pisces creatam faciunt pessus
abstineat a balneo a potu aque quantum possibile
est In primo mesue prohibet vinum nisi ante
evacuationem agitur multum et concedit aquam 2 u
vel mellis Quod si sine vino stare non potest
sit purum cum modica aqua Costam et viaticus (?) con
ducunt flebotomiam si cataracta sit curabilis cum pite
et secundo purgatis incidunt venas cutis
et sanguissugas temporibus apponunt Et quidam
dixit offert flebotomiam arteriarum post aures al
maior contrahat et dixit ibidem quod in fine
capituli dixit oportet ut vitet frequentiam flebotomie
et ventosarum ymo postponat possibile est nisi ne
cessitas cogat quia sanguis sit calidus plurimum
et in his libris vi solucionem controversiarum

de cataracta

Ista egritudo vocatur aqua quia assimulatur
aque antequam coaguletur assimulatur aque fluw
ibili et post coagulacionem eius assimula
tur aque coagulate et stat super iam ista autem
aqua claudit foramen uvee ita ut non fiat
per ipsum transitus specierum visibilium et a multis
vocatur pannus oculi Et egritudo quando confir
matur finalis est cognicionis In principio vero
cognoscitur per significaciones quod est quia paciens
videt quasi culices per nos volare ante oculos

suos aut crinem silenti aut aliquid ex iridis co
loris (?) non autem sunt omnis disposiciones aque equales
quia ex ea est clara subtilis bona convenientes
ad hoc ut perforacione absumatur Et scimus
an valeat absorbtio cum perforacione an non quando
nos cooperimus unum duorum oculorum et inspicimus
in oculum sanum et videmus quod iam dilatatur
foramen pupille eius tunc scimus quod cum perforamus
abscindimus et redit visus Et si non dilata
tur foramen pupille tunc non redit visus quando
quando apertus non dilatatur significat illud opilla
cionem in foramine in quo est lumen. Sunt autem
cataracta dicitur large pro opillacione transitus
specierum visibilium retro cristallinum in nervo ob
tico usque cerebrum (stricte pro opilacione spacii
quod est inter cristallinum et corneam agitur
hic pro ut fit per descensum humiditatis aquose
ad oculum et est difficilis cognicionis et difficilis
cure et periculose. de cuius cataracte Avicenna non
exposuit quia relinquit eas notas ex capitulo de
bilitatis visus et propter ex capitulo ymaginacio
num sed causa potest esse duplex extrinseca et intrinseca
extrinseca est casus et percussio pervenientes ad ocu
lum Et ad caput. Intrinseca est omne quod eva
porat vel evaporare facit ad caput et ad
oculum vapores et naturam aque qui ibi condensatur
in aquam et descendit ad oculum predictum cata
racta diversificatur in quantitate et qualitate
In quantitate quia quandoque est plurima et opillat
totum foramen tunc oculus nichil videt et quandoque
est pauca et non opillat nisi partem et tunc o
culus non videt nisi per partem discopertam et sic
aliquando videt medietatem alicuius partem rei in qualitate
quia alia est subtilis et clara alia diversi co
loris quia alia est aerei coloris alia alba
gipsea alia alba margaritalis alia alba de
clinans ad viriditatem intensam alia nigra alia
citrina diversificantur autem isti colores secundum colores
diversarum materiarum que in oculo aggregantur et sunt 4or
alba ex flegmate rubea ex sanguine citrina
ex colera nigra ex melancolia Et quia ut plurimum
accidunt sunt albe et Avicenna declarat quod cata
ractam sit curabilis cum acu et quando non sit colo
re et secundum accidencia secundum colorem quia generis
gipseum et viride et plumbeum et citrinum ne

Ad fistulam in lacrimali Valet
Dei quodam comite expertissimum ... remedium
... toto ... digitto ... in lacrimali
iii vel iiii gutte ... mediante ... in ...
... guttam et guttam et ...
... et hoc ...
... cum fistula ut ... aloes
... sandra ... aluminis ...
... et ... et ... vino
in aqua et administret/

nō r̄capiut cura que fit cū acu pdicti eī
colores significat mā grossam terrestre nō
obedientem opi cū acu et q̄ magna
ꝑs albuginei ē ɔsupta ꝫ in plim et sic d'
ponet' nō viderēt pares nec ēē curabi
les sc̄ cū euacuatis abstersiuis etc̄ solun
tiuis illa aut̄ que est susceptibilis cure cū
acu ꝓpt̄ certe ē que ē subtilis que cū
eā aspexeris et cū sup eā ɔp̄ssione fecer
digitis suis separabit' uelocit' deinde r̄dibit
et aggregabit' huiꝰ ei ablaᵒ cū instro au
ferēti aqua separatur / verūtn̄ talis com
p̄ssio sup eā nō est frequēt' facienda · ga
bri' dixit q' si mouet' cataracta separatur de
cura ipiꝰ et si nō mouet' nulla spes est
habenda ad hoc ei q' cataracta depoībil'
acu r̄quirit q' ipā nō sit multū subtilis
fluida nec nimis viscosa et glutinosa
et ē illa que alba aerea et que ē mar
garital' et aliq̄ poīt signa distinguentia
int' aquā et opillacione n̄ui obtici q̄
qn̄ unus oculor̄ ɔp̄mitur alt' dilatatur
in aqua sed nō dilatat' ī opilaᵒᵉ n̄uiᶜᵃ
et hoc ꝫ in plurimū quia ubi aqua est
multū grossa et multū viscosa nō p̄mit
teret pupillam dilatari ꝑ suā tenacitatē
Cura Cura cataracte triplia ꝑficit' instro die
ta pocone et cyrurgia Et que nō est
ɔfirmata curat' dieta et pocone solū di
aut' ēē aqua ī p̄uᵒ r̄moto tn̄ sc̄ ymagines
pu reddētes et ē ī p̄uᵒ q̄dm nō apparet
n̄obilis albedo in pupilla dixit ali sit au͂ cu
cura per purgātia cebr̄ ut sc̄ pille gere
amee gargarisma cū yera et sagibin
et oībus que purgat cerebrū ab' hunditati
bus grossis fugiat lentes caules carnes
salsas lac caseū alea cepe et oīe faciens
euaporacionē ad caput aqua granator̄
Et ista profuiit ī p̄uᵒ passionis Colliri Collirium
confirmās pupillā et r̄mouēs panū ℞ sar
cocolle zuᶜᶜ albi an ʒ j terat' subtilissime
et misceant' cū ʒ ij lact' mulieris et d'
eo assidue mittat' ī oculū · nulla p̄sumat
opari in hoc morbo nisi p̄us viderit cu
neat a sternutaᵒᵉ clamore fricet' labia

et dentes cū yera fugiat pisces r̄pleccione
vinū ꝯtū sit ɔtent' semel ī meridie co
medere fugiat fructus carnes grossas
nociuꝰ confert si aqua fuerit ꝑ potū si uō
fuerit ꝑ ꝓp̄etate ī cerebro nociuus est
Exp̄m · de euacuacōe per sternutaᵒ posuit Aug
can̄ ī cᵒ ymaginacōnū Et curu aq̄ et yma
ginacionū est nō sīlis per dieta et euōnes
2ᵒ continet' ī īcepcione aque distillet'
ffal ī auribꝰ fel galli aut cū aqua ī qua fuerit
ciceꝰ aut cū pulegio et ī p̄uᵒ uniat' mis
cere sucū fen' cū quarta p̄te mellis et bul
liat usq; ad spissitudinē et colat' et iu
Medi co medicamē valens ad p̄n aq̄ ℞ eufra
gie in ay ij maiorane celidonie an ay j
sticados ʒ j · semīs apij ʒ ſ · radicū feni'
et petrosilij an ʒ j · betonice rute an ay
ſ · mell' lib j · et fiat sirupꝰ d' quo sumat
decē diebꝰ cū decoctione rorismarini de
pille inde cū pillis que sic fiunt ℞ pulueris
yere diacolloqn̄ ʒ iiij turbit agarici an
ʒ j ſ · salgēme ℈ ij ʒʒ ℈ ſ · ɔficiat' cū
suco feni' deinde utat' electuario qd' sic fit
℞ suci feni' depurati ʒ vi · suci rute ce
lidonie et depuratōr an ʒ j
mell' lib j · decoquat' ad spissitudinē mellis
pul deinde supponat' puluis q sic fit ℞ eufra
gie ʒ j ſ · semīs feni' ʒ ſ · gariofil' piperis lo
gi macis an ʒ ſ · det' cocleare unū cū modi
co vini cū it dormitū et teneat ī manu
pilā plenā puluere maiorane et sepe odo
medi optimū ret eā · Medicamē liberans cataractā sine
opere manuali ℞ flo violar̄ albar̄ et flo
rū rifum ortēs et arbebar an ʒ j
armoniaci ʒ iiij redicant' ī puluere subti
lissimū postea misce cū eo t̄cia p̄te ʒ j de
optīo balsamo et pone ī eo mane et sero
Exp̄m et mirabilit' curatur Et eo mēᵐˢ ꝯp̄tū est
ut sumat' granor̄ lauri decorticator̄ ꝑtes
v · gūmi arabica p̄te j · et terāt' cū urina
pueri nō polluti ad aquā / sed ad debilita
aliud te visus terāt' cū aqua Et ad eū q nō videt
conficiant' cū felle vipere et melle · Gentil'
dixit q' melius est nō ponē fel vipere q' videt'
accidētia difficilima seq̄ qui patit' cataractā

De cirurgia

ex percussione non curatur. debet autem fieri
perforatio cum paciens non videt neque die neque
nocte et non est cum ea soda neque tussis et
cum perforatur iaceat supinus et non moveat
et abstineat ab ira vino et coytu et antequam
fiat opus cum acu septem sunt consideranda primo
ut precedat evacuaciones corporis et capitis propter
et esse cum febre si ea fuerit opinio 2° quod oculus
sit ex hiis que non habent ulcus neque propter dolorem
in perforacione fieret apostema ymo habeat tunicas
oculi bene dispositas. 3° quod non sit assuetus pa
ti tussim. 4° quod non sit homo vehementis ire
et velocis furie nam talia faciat reditum quamvis
semel fuerit deposita. 5° ut vitet vinum
et coytum per plures dies ante deposicionem
et post. 6° consideret aqua que curabilis est
et que non ut dictum fuit supra 7° vitet motus
compressionem subitam et frequentem super oculum experiat
autem sit de panniculis an non ymo sufficiat sibi
bis vel ter experiri. 8° oportet ut devitet febrem
nisi fuerit necessaria et tunc esse non debet fieri de
propinquo ante deposicionem instrumentum vero cum quo
sit deposicio dixit Rasis 2° continentis non debet
habere caput acutum sine puncta acuta quia
si esset acuta non indigeret violenta impul
sione et ideo sit sine puncta ut non penetret
puncta corneam impellat uveam quia cum sit
subtilis uvea dubitatur si haberet punctam ne per
foraret eam quia si perforaret cum albugineum
contineat intus uvea flueret ex eo multum sed
quia instrumentum non habet punctam ideo non perforat
uveam licet sit subtilis habet enim super se pan
niculum viscosum sicut est pannus subtilis inter testam
ovi et vitellum sit absque eius aqua acus. Et
consideret dixit Avicenna locum ad quem aqua de
clinare faciat nam debet eligi locum ad quem
ipsa declinat apparet enim medico locus ad
quem illa agitata magis declinat et tunc di
rigat acum contra illum locum. Cum autem fuerit vo
luntas ut fiat cura cum hoc instrumento precipiet paci
enti ut comedat pisces recentes cum feniculo
ut resistatur nimie ingrossacioni et cum fit per
foracio aspiciat paciens ad lacrimale dextrum
et ad nasum non sit nota fenestra per quam
intret ventus non sit locus vehementis lucis et
vadat acus inter duas tunicas. s. inter sclirotica
nam et uveam per iter quoddam sit contra foramine
uvee et inveniat sibi sicut spacium et non ces
set deponere eam donec clarificetur oculus
et occultetur aqua post corneam desubtus
deinde dimittat kalmech in loco suo ali
quanto tempore donec stet aqua et firmetur
in loco deinde retineat alohnia sursum
et si redeat iterum dispone eius donec sit
securus et stet in loco suo. Et si aqua non
obedit et non currit ad partem ad quam de
clinare fecit tunc declinet eam ad alteram
partem et expellat eam ad quam declinat et
reponet eam in ea. Et si tunc stat et vides
eam reduci in diebus in quibus curas re
duc alemec in illo inter foramine quod prius
fecisti quia ipsum foramen non consolidatur in
illis paucis diebus. Et si in operacione tua cu
rit sanguis ad foramen uvee oportet ut deste
de facias cataractam sanguineam deponendo
eam et non dimittat remanere illic ne conge
letur quia si congelatur non est ei cura alius
precipit quod medicus ante imposicionem acus mas
ticet semen feniculi deinde insufflet anela
do in oculo et postea impone acum. Et judeus
dixit sedeat paciens in aliqua sede junctis
simul manibus strictis sub genua sua et
ponat perforatorium sub cornea ita quod rema
neat albugineus sub uvea juxta anulis
cum unus oculus perforatur liget alterum oculum
et perforator debet tenere cataractam diu sub
instrumento in loco in quo deponere eam voluerit ut
quousque adhereat completa incisacione. Quid
autem sit faciendum post deposicionem cataracte
dixit Avicenna appone vitellum ovi conquassatum
cum oleo violato et hoc sit madefaciendo
in eo totum et prope supponendo quoniam dolorem
mitigat et materiam fluere ad oculum prohibet
alii apponunt solum albumine ovi. Et dixit
Avicenna claudat sanus oculus et liget quando de
ponitur cataracta et hoc fit ut non moveat
oculus sanus et sequatur eam infirmus. clau
datur autem oculus infirmus ut possit medicus
certificari deposita cataracta infirmus videat
quod non posset si sanus esset apertus. deposita

Ad pediculos palpebrarum Gord. [illegible] lotis cum aqua decoctionis [illegible] staphisagrie sal [illegible] et pulverisetur [illegible] cum isto unguento [illegible] cum aloe [illegible] staphisagrie [illegible] cum aceto [illegible]

Ad pilos [illegible] Gord. evellantur et [illegible] loci cum sanguine aut pediculis aut [illegible] aut cum [illegible] aut cum [illegible] ferri et [illegible] aut cum isto [illegible] et [illegible] mucilagine et [illegible] sal [illegible] cum aceto et mucilagine [illegible] et [illegible] locus

cum cataracta infirmus debet statim videre
claudatur oculus ligatus per duos dies iaceat
in camera obscura et caveat a sternutatione
et locutione et tussi et iaceat supinus
capite tribus diebus et postea lavetur oculi
eius qui si superfluunt aut dolent utetur
medicamine et dormiat supina usque ad
7 dies et dico autem quod sunt necessarie iste
rationes plurime emplastrationis et hoc est
quando illic fuerit apa aut soda aut fluxus
mei quia si fuerit apa non sufficit liga-
tura forte ymo sunt necessaria solutionem
et mollificationem eius et non solvatur liga-
tura nisi in tribus diebus ut quando solvitur oi-
via lavetur cum aqua rosata salvie et virge
pastoris et cucurbite quia confortat oculum
et prohibet fluere materias ad ipsum

de pediculis

Materia pediculorum est materia putrida quam
ad partes cutis natura expellit causa
est variatio ciborum multiplicatio in-
digestionis continuum modicum inmunditiesque
cutis et vestium et lecti et capitis et in si-
milia qui vivunt sicut porci et versantur cum hominibus
porcariis. Cura est quadruplex prima res or-
dinat regimine in victu 2a materiam evacuat 3a
prohibet materiam convertendam in palpebris ne pu-
trescat et convertatur in pediculos. 4a amovet
Cura | pediculos generatos. Modificatio igitur in
primis corporis caput et partes oculi cum eo quod
dictum est in cura obtalmie deinde utere
gargarismate ex aceto et synapi et ad-
ministret ablutio et embrocatio ipsius ex aqua
maris et aque salsis et ex eis est medicamen
de albumine cum medicina ipsius de sabba et stafisa-
gria p. i. aloes et baurac p. s. cum aceto sy-
liticeo confert confectum. Gentiles ponunt medi-
Experimentum Gentilis | camine expertum et est tale Recipe mirre aloes thur-
eum partes equales misceat cum lardo et un-
gant cum eo palpebre non ponat argentum
vivum quod aufert visum dixit incolis

de livore palpebrarum ex passione

Pulvis absinthii cum melle unctus tollit
eum et sicut radicum aclamiuis cum
unctis aloes acotinum cum melle [illegible]

Gord. post [illegible] [illegible] palpebrarum Ad [illegible] palpebrarum [illegible] cum [illegible] aloe [illegible] sal [illegible] cum [illegible] et [illegible] cum melle et [illegible]

Ad ordeolum linatur cum opoponaco [illegible] in vino [illegible] et non [illegible] Gord [illegible] cum isto medicamine [illegible] fermenti [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] de [illegible] et ordeolo [illegible]

Ad tumorem palpebrarum [illegible] palpebre cum medi-camine facto ex aloe et acacia et [illegible] et aceto.

tum anisum masticatum et mel et passule a-
nisum cum anisi tritum et cum aqua calida suppo-
situm et aniceos cum melle farina fabarum et
fenugreci cum melle aniceos cum melle maiora-
na cum melle

de nocumento auditus

Nocumenta auditus sunt sicut in reliquarum ope-
rum quando aut destruunt aut debilitant
et minuunt et permutant et corrumpunt
ut non audiat quod non audit ab aliis virtutibus
sicut accidit in aure ex sonitu tinnitu et sibilo
Causae | de causis nocumentorum auditus alia est natura-
lis et alia accidentalis et accidentalis alia
est ex civitate cerebri aut quorundam membrorum
eius vicinorum sicut accidit cum primum nascuntur den-
tes et quandoque est per proprietatem scilicet propter nocumentum
proprium in auditu in organo proprio auditus aut
in nervo proprio auditus aut in foramine et secundum alium
successione vocis et quandoque propter causas egritudinum
consimilium partium aut instrumentalium et in solutione
virtutis et egritudines similium partium sunt species malarum
complexionum simplices et composite sive materiales sive
immateriales. Egritudines instrumentales in nervo au-
ditus sunt opilatio apa sanies ex apostemate sordi-
ciei inflatio ventosa solo continuitatis plurium
tum eius est ex complexione frigida que omnia possunt
reduci ad causam antiquam extrinseca vero causa est
arena lapis aut quod simile ingrediens aurem
et congelatio sanguinis eius per quedam fluxit
ad aurem et quandoque sine stultitiam tussis vel per fluxum
vel sanguis narium et per vomitum et quandoque secun-
dum senium permutationis que in fine egritudinum a-
Signa a cerebro | cutarum. Signa surditatis fiunt a civitate cerebri
secundum dispositionem in reliquis sensibus et quod leduntur
alii sensus et proprie cum civitate cerebri cum est suc-
cessione frenesis et post parafrenesim et
post nocumentum cerebri complexionale et reliqua
que dicta sunt de egritudinibus cerebri et maxime si fo-
ramina auris sanitas et missio auditus an hoc
Ex proprietate | erat de signis aut surditatis proprietatis dico
semper si noceat egritudo actioni ita ut audiat vo-
ces et tinnitus preterquam videat aliquid ex eo quod
apparet cum noceat quod nimis auditus est in sirung
A vetustate | Signa vero nocumenti auditus fiunt a vetustate
sunt senium et tinnitus et dico si est ulcus in aure

aut borbor significat ipsum principium cum dolore. Signa opilacionis sunt quoniam opilacio nullo tocius est cum gravitate ut quando est a materia multa et quandoque est sine gravitate ut cum est a materia pauca vel ventosa vel siccitate. Et dixit quando non est gravitas et tamen est nocumentum in auditu et non est illic malicia complexionis vincentis nec ventositas tunc est ex opilacione. Et si opilacio sit ex carbunculo significat ipsam pulsacio. Et si est ex sanguine in aure congelato significat ipsum cursus sanguinis antecedens. Et si ex malicia complexionis in malis significat aut dolor in profundo sine gravitate et non est in ea extensio. Et si sit frigida leditur a frigido et si est calida e contrario et sentit cum ea inflamacione et mordicacione. Et si est illic materia sentitur gravitas et propter quod inclinat caput quia humor magis aggravat. Signa siccitatis sunt ut sit post vigilias et jeiunium et siccitas corporis consequentia. Signa tinnitus sunt assiduacio commocionis que sentitur in aure per modum tinnitus et cessat tinnitus in quibusdam horis. Cura dicitur est secundum universalis et particularis distinctionem cum. Et similiter utilis quidem perficit cum alienacione omnium que sunt ut caveat ne ledat eum calor aut frigus sed frigus magis. Et ne ingrediatur aliquid in ea ut aqua aut animal aut lapillorum aut seminum ergo ut modificet sordes eius ne multiplicent in ea et opillent. Contrarium est eis vehementer inanitio et similiter vociferacio vehemens et clamoris buccinorum. Et ergo utillud quod curat auris dixit Galienus 2o. Iuvamentum. Oleum tepatum et tepidum in calidis in egritudinibus frigidis tepidum vero in calidis nullum actu frigidum intromittatur quoniam ut dixit Sapio nocet nocumento magno. Sint igitur dixit Avicenna que in aure distillant nec calida nec frigida sed tepida et cum emplastrum supponitur auri infrigidat amoveat et calefiat et supponat. Et dixit Rufus nulla fiat ligatura supra aurem ne fiat cum dolore nec modificetur violenter sed fiat cum canula argentea vel enea factum ad modum ipsius concavitatis auris et sugat virulenciam sepe quoniam confert surditati vehementer. Et caput egri dixit Simeon semper ligatum esse debet quia valet magnifice et valde. In particularis autem cura consistit quoniam si fuerit a causa in mali digerenda est materia et evacuanda. Et digestivum auctoris presupponit eligendum esse ex eis que in precedentibus dicta sunt tamen in materia calida quod frigida. De evacuacione autem dixit Aaron si fuerit repletione sanguinis minue ipsum et subtilia regimine. Et si nocumentum fuerit in colera dixit solvatur solucione conveniente. Et similiter in flegmate et melancolia. Et dixit Aaron et melius est multiplicacio vicium quam quantitatis ut conservetur virtus et quandoque evacuat coleram cum medicinis que evacuat per urinam. Et post evacuacionem dixit Sapio administret regimine temperatum humectans et prohibeat infirmus ab eo quod generat coleram. Et si ex humoribus grossis frigidis crudis qui adheret foramini auditus tunc cura est cum medicinis subtiliantibus incisivis et evacuativis et postea gargarismo assiduo cum yera et caputpurgiis et masticacionibus trahentibus materiam a parte auris ad partes oris et nasi. Si autem sit illic calor dixit Avicenna in malis vel materia evacuata est materia tunc tamen cum infrigidantibus curetur oleis et aliis et cum succo granatorum cuius succus reducatur in cortice suo cum aliquantulo aceti et thure et oleo rosato et decoquitur donec ingrossetur et distillet in aure cum aqua solatri et aqua lactuce et de conferentibus est succus spinie cum lacte mulieris lactantis mixtum et iniectum. In surditate autem facta a frigiditate et a materia frigida iam evacuata dixit Avicenna confert omnia olea calida in quibus dissolutum est castoreum iniecta in aure. Castoreum enim confert surditati a frigido et non est aliquid iuvans eius ventositatem auris cum ex eo dissolvitur in oleo nardino quantus lenis. Et ex eo instillatur in aure. Et ex oleis conferentibus propter dixit Avicenna est oleum balsami et costi et amigdalarum amararum et succus absinthii et oleum camomille cum adipe vaccino aut oleum sisaminum in quo decocta sit pulpa colo-

[margin: Signa opilacionis] [margin: Signa siccitatis] [margin: Tinnitus] [margin: Cura] [margin: Vociferatio] [margin: Ab humoribus grossis] [margin: Castor] [margin: Alia]

grande aut radices eius et ex ceteris
et expressum est ut sumat castorei ʒ iij mit
ʒ i ß ellebori ʒ i ß et fiat ex eis trocisci
et administret qui in distillatione dixi zoari
prius expertum est quod ponatur gutta pura oli
sinapis in aure non audientis de 3o in tan
dem liberatur omnino ergo virtute dei. Medi

Experimentum speciale

camentum quod cum prosperitate facit ad sur
ditatem a quacumque causa ℞ unam anguillam
albam bene pinguem et excoria eam et a vis
ceribus munda eam fel tamen eius serva et asse
tur anguilla in veru et pinguedo que ab ea
distillat cum assatur in aliquo vase mundissi
mo colligatur et cum felle quod servatum mis
ceatur et ex eis in aure una gutta po
natur et totum illud quod dictum est de inmis
sione dictarum medicinarum in aure fiat. dixit
Avicenna post administrationem embrocarum et de
coctionum ex quibus fiunt evaporationes ad
aures et prope illas in qua ponuntur in au
re folia lauri et grana eius et que ponit
in aure caput embroce ut ad ipsa perveniat
fumus vapore decoctionum resolventium
et aperientium et disponentium magis resolu
cioni. pro locione capitis dixit quidam ex

Locio capitis

perimentator ℞ stercorum columbarum aj.
iiij. et pone in aqua bulienti et dimitte
per horam et postea cola et de collatura
fiat lixivium et postea in hoc lixivio
pone modicum vitrioli romani et ali
quantulum fac bulire et quidam ponunt loco
vitrioli ponunt alumen fecum et cum tali
lixivio lavet caput bis in septimana et
in omni vice bene exsiccet caput cum pa
nis calidis et bene fricet cum eis et cus
todiat a frigore et a vento. decoctio
conveniens ut ex ea evaporatio fiat ad au
res cum tractorio ante iniectionem

vaporatio

medicinarum in aure ℞ sticados florum cam
omille mellilotti seminis aneti maiorane
calamenti assari et betonice et decoquantur
in aqua aut fiat fomentatio ad aures ex
optimo vino albo solo aut in quo de
cocta sunt folia lauri et pulvis armo
niaci cum melle in rectus auri modificat

ipsum et confortat auditum in surditate succes
sione febrium acutarum. dixit Ras 3o con
tinentis imponatur auri de aceto calefacto cum
succo absinthii multociens cum post distil
latur etc per lapacionem Et in surditate suc
cessione sirsen dixit Avicenna ut capiatur
ab evacuatione cum yera pigra deinde conside
retur si in tempore fuerit residuum materie sirsen
ingrossatum quod fluxerit ad aures et in
retentum fuit tunc distillet in aure casto
reum cum oleo rosarum solo. Si vero materia
fuerit subtilis et calida que fluxit ad
aures tunc potest non competeret sed aurium
cura aparum colerica infra dicenda et
infacta successione sede confert aqua
rasani cum oleo rosato et castoreum cum
granis lauri et oleo rosato Cura au
tem cum opilacionis et apparatum aurium ut di
citur in suis capitulis Ras dixit 3o continentis

antique surditati

cum surditas sit antiqua utimur ut firma
ta laxetur cum yera diacoloquintida
aut cum pillulis que sic fiunt ℞ turbit ʒ
xx coloquintide ʒ x sarcocolle ʒ ij ß
aloes ʒ vij mirabolanorum ʒ x fiat pillule
cum succo rute dosis ʒ j et conveniunt pur
gacio fiat cum confectione de draguntea
posita a mesue in antidotario eius aut cum pillulis
quas describit Avicenna ad surditatem et
fiat huiusmodi laxacio semel in septimana
et fiat gargarisma aut caputpurgium
aut masticatorium fiat cooperimento capitis
et desiccetur caput cum studio utatur re
gimine subtili et attenuacione nutrimenti
et potus sit aqua mellis et vox magna
clametur in aure successive et imponat au
ri quod attenuat et incidit et guttatim
ponatur ex oleo cucumeris asinini et
fiat embrocatio ad aurem cum embroca et
ex decoctione absinthii foliorum lauri et
ysopi. quidam purgant. quidam graviss

curatio optima

sime et quasi nichil audiente digestione
premissa cum duabus partibus oximellis de ra
dicibus et de una oximellis squillitici cum
decoctione maiorane novem diebus et
materia digesta purgat cum cochiis deinde

deinde cum yera et facta purgatione fecit
abradi capit capit occipit et ibi posuit
ruptorium ex opio tamino concocto in umbra
et pulverizato et cum modico euforbii incor-
poratis cum fermento quod tenuit nocte
una et excoriata est inde multa aqua et ve-
sicatus est locus deinde supposuit folia
caulis et preservavit hoc longo tempore et
sic curatus est et quendam a surditate cum [Alia]
ulceribus antiquis sic curavit digessit
materiam decem diebus cum sirupo de sticados et
oximelle de radicibus cum aqua decoctionis sti-
cados nucis muscate contrite deinde pur-
gavit cum cochiis almasticis deinde omni septima-
na dedit ℥ .i. pillarum que sic fiunt ℞ ci-
namomi ℥℥ xilobalsami carpobalsami ana
℥ s. spice nardi ana ʒ .i. rosarum rubearum
℥ s. chebulorum et turbit ana ℥ s. aloes ca-
tini et epatici ana ℥ iii conficiantur cum succo feni
sempervive aut oleum nenufarinum et de
cucurbita cum aqua rosata et supponatur
exterius pannus infusus in sandalo et aqua
rosata. Si vero mala complexio fuerit cum materia
sive materia illa fuerit in ventriculis cerebri sive
in naso et colatorio dixit Serapio ipsa pur
ganda erit per laxativa et sternutatoria
et fomentaciones dissolutivas oppillacionis.
Et si vene sibi oportet ut fiat et re[di]
in omnibus illis dixit Avicenna ad primam datam
in cura cerebri scilicet in calido cum magis evacuare
volueris. Rasis dixit 3° continentis quod aperi
entia oppilaciones naris nigella acetum urina
cameli confisit archanica piper piretrum
et pulpa colloquintide. Et dixit Galienus 3°
mia[...] nigella infusa in aceto vini per
aliquos dies deinde trita cum eo bene et in
stillata in nares aut insufflata in nare
ultra posse aperit oppillacionem narium. Et
Avicenna dixit si oppillacio in collatorio sit ad
ministra embrocas aperitivas in calido cerebri
et embrocetur ex eis et inclinet super va
porem earum et naribus sugat ex eis in quibus
dissoluta sunt confisus piper et opoponacum et
cetera ut vetuste capiti adhibeantur. Et dixit
expertum est nigella secundum modum dictum
a Galieno omne fel aperit oppillaciones narium et
proprie fel testudinis. Et dixit Serapio decoc
tio urtice attracta per nares est potens ad
hoc et oximel serinosilatum sepe convenit
aperit oppillaciones narium et aurium et inte
rio narium ab intra cum solo butiro est valde
utilis ad oppillaciones narium que accidunt in
fumigiis. dixit Avicenna ad oppillaciones vetustas
laudat caputpurgium ex oleo amigdalarum
amararum aut insufflet in ipso aut mel et
piper album. dixerunt quidam quod cum pulmonis
quando exsiccatur et teritur et insufflatur pul
vis eius in nasum est mirabilis et valet suc[cus]
urtice recentis et dixit ille qui sentit odorifera
et non sentit fetida non cesset fricare capu

purgatur cum castoreo multo multociens
usque rectificetur eius dispositio et dicunt quidam
quod est addenda ruta castoreo

De fluxu sanguinis narium

[D]ixit Avicenna quod corpora magis pa
rata fluxui sanguinis narium sunt
colerica quoniam subtilis sanguis
et hec iuvat ex eo fluxu qui temperatus est
et postea illi sunt corpora sanguinea rubea
carnosa mediocris sanguis et iste iuvan
tur moderato fluxu plusque colerica sicut
ueri et rubea nimis ei sunt parata et nimis
iuvantur ex causa qui est temperatus. Aristoteles igitur
in problematum problemate 2° homini soli animalium
sanguis fluit ex naribus et hoc propter duas
causas quarum una est quod homo inter alia sue molis
habet epar magnum generans multum san
guinem quo replentur vene in eo omnis magis
aut que sunt in capite propterea quod sanguis eius est
subtilis in aliorum animalium quare facilius ascen
dit sursum ad cuius ascensionem adiuvat ho
minis statura erecta. Cumque appropinquat
in ascensu eius in nuribus magis calescit et
subtiliat et sic ad caput perveniens invenit
in eo humiditates pluriales que unde ei
reddunt ipsum lubricum et habile ad fluen
dum cum homo habeat caput comparatione aliorum anima
lium. 2a causa est subtilitas cutis hominis in aliorum
animalium respectu fervoris et maioris cutis que est
intra nares que facilius rumpit unde facilius
in homine sanguis fluit e naribus. Magis
tamen contingit fluxus eius in maribus quam in femellis
propter esse sanguinem virorum calidiorem quam mulierum
et esse subtiliorem in viris quam in feminis ymo
feminis raro contingit fluxus sanguinis nari
um si menstruis convenienter purgentur et regu
lentur debito de causis autem quare sanguis
a capite et a corpore effluit est triplex quia
causa que orificia venarum aperiat aut que vena
rumpit aut esse resudare faciat ipsum per poros
venarum et orificia earum parumper dilatata et
hec sunt cause minuere sanguinis fluxus quamvis non
habet causas coniunctivas ut casum super nasum vel
ex passione vel ex mora in sole estivo cu
pite discooperto forte nimis fervide moti forte

et papue primum superiorum capitis et unctione fri
catione et per appositionem calidorum super caput
et balneum calefaciens. Galienus autem dicit fluxum
sanguinis fieri potius vini subtilis acuminis vel
ex et pinnis et portacio ponderis gravius super
caput. Mesue dicit quod quandoque fit propter fractionem
arteriarum cerebri et quandoque fit a natura succussionis
sede aut propter ebullitionem factam in sanguine et
quandoque dicit Avicenna est in deest cum periodis et quandoque
est cadens subito et quandoque est ex venis et
quandoque est ex arteriis dixit Rasis 3° continentis
si sanguis manaverit cum instantia nimia
et fuerit subtilis et rubeus ex apertione
arterie et venarum colatorii erit dixit Rasis
3° continentis si sanguis ex ruptura vene
alicuius in nare fuerit cognoscitur si emanatio
sanguinis nimis habundans fuerit natura fluxus
contrarius. Si quidem non est nimis habundans non
erit ex ruptura vene vel ex apertione orifi
ciorum vel ex resudatione. Si autem fluxus
sanguinis fiat distillando ex apertione modica
orificiorum venarum erit aut ex resudatione por
rorum sed qui fit fluendo cum velocitate ve
hementi aut ex divino multi sanguinis cum forti
virtute aut ex ruptura vene et sequitur
eum qui fit ex ruptura venarum et arteriarum
acuis acri da corruptionis operum cerebri
procul dubio fluxum sanguinis vetitum. Dicit
Avicenna precedunt signa sicut splendor apparens
in utrisque oculis et linee albe et rubedo et
acuitas prope post soda et reliqua signa
que diximus ubi fuimus locuti de egritudinibus
acutis et crisibus earum. Regimen quodque
ut ille qui vult a fluxu sanguinis custodiri
et insuper conveniens in fluxu prodico qui
fluit in tempore interpolacionis est quod in eo quod fit
propter aliter evacuet coleram in eo et fiat con
densatio in eo et inspissatio sanguinis sanguis
eius cum acribus et ponibus et medicinis infrigi
dantibus. Et Rasis dixit dico hoc regimine
faciendum est ad fluxum sanguinis qui in certa
revolutione temporis molestat corpora quod
insistendum est ad fluxum sanguinis contra
buere durante in tempore sue gestis per ire con
trarium ei. Et in spali dicit Avicenna quod omnia dix

magis in viris
Cause
Regimen

aca dicitur .s. in aceto sit coniuncta ei qui preparat ad fluxum sanguinis narium per colerum sanguinis sui. dicunt quidam quod flebotomia vene spatule que est posterius est ultima in remi grediendo fluxum sanguinis qui perducat ad sincopim et sedat illa statim et non permittit sincopim supervenire. Iam super in preservatione conveniunt medici et potus que dicentur in cura eius. Cum fluxus sanguinis narium perficit dicta ministrare dieta et potione. dieta quidem est ut moram trahat paciens in aere frigido cum equalitate in qualibus passibus aut cum parva declinatione ad aliquam caliditatem non sit tamen ventosus in quo caput et corpus totum estivo tempore sit discopertum alys vero temporibus leviter habeat coopertu ram que non gravet neque calefaciat contraria. non in maxima ebulitione maxime sanguinis totius corporis esse teneat discoperta in remissa aut ebulitione totus sint cooperta preter inferiora ymo aliquando propter divisionem calefaciendo ea. fugiat paciens iram et furorem cogitationem et tristiciam sed in gaudio temperato et bona spe neque aspiciat sanguinem suum fluentem neque habeat coram se res rubeas aut citrinas non sit subcinctus cingulum constringentem neque sit maspilatus stricte neque stricturam circa gulam paciatur. sit autem in omni quiete animali et corporea et non moveat membra sua preter superiora fugiens vociferationem et multam locutionem neque fricet neque pectinetur caput eius et lectus in quo accubat non sit de pluma sed bombace vel lana vel sit corium inflatum neque teneat sub cervice plumam neque aliquid calefaciens et sit loco alto et sublevato capite non inclinato inferius immo posterius et non accubat super latere a quo fluat sanguis sed opposito latere. Et cum volutus fuerit restringendi fluxum sanguinis dormiat ad posterius. Et si possibile ei fuerit non supinus cibos et potus fugiat acutos salsos et multum dulces et amaros. dixit Mesue sint cibi et potus frigidi actu et potentia congelantes. dixit Avicenna sint cibi eius cum lentibus et sumach et aceto aut agresta aut similibus illis et cicerus

recens hinnulus est ex cibis convenientibus pacientibus fluxum sanguinis narium et lac decoctum donec ingrossescat et dicunt aliqui lac acetosum confert et dixit alcalesia que fit cum amidi farina et riso et lacte poni dulci et ovis sallitis et insuper caseo recenti et lacte et cum carnibus lactucam et porcellos et tritico cocto cum lacte. Et dicunt dandum est pacienti fluxum ex subtilitate de lacte cum pane non duro et de convenientibus est lac caprinum coctum cum dugato. Et conveniunt ex oleribus lactuca portulaca scariola endivia cucumer et silia. Et de fructibus quecumque sunt frigida et stiptica et conveniunt pisces parvi et squamosi de bonis aquis accepti. Et de leguminibus faba fracta lens biscocta et robilie. Et conveniunt omnia animalium si virtus sufficiat digerere illa. Et dixit Mesue acetum in hoc est mirabile .s. pro condimento ciborum et super in potu cum aqua frigida. ipsa etiam aqua frigida est potus utilis sola et permixta cum iuleb et rob frigidis et stipticis et rob granatorum acetosorum et citrorum est potus conveniens et rob ribes. dixit Rasis 3° continentis vinum auget fluxum sanguinis. attamen restaurat virtutem. unde si quis in cursu fluxus sanguinis debilitatus sit ex virtute et corpus habeat totum infrigidatum minus dandum est ei in potu de vino pauca quantitas. quod tollerent paucam limfacione aq qd apud eum vocatur panasterium et proprie si fuerit colore ponticum seu multum bruscum eo quod ipsum confortat virtutem et ex eo non irritatur fluxus sanguinis et maxime si paciens ante fluxum non erat rubei coloris. si autem sit et ob fluxum illum non mutatus fuit in colorem alium non est ei dandum in potu de vino quod dubitandum est ne magis concitet fluxum quam confortet virtutem. Et ideo dixit Avicenna vinum confert in ipsum confortat et nocet in quantum concitat et commovet et ebullire facit. Cum ergo indiges eo in quantum confortat commisce ipsum parum cum aqua et cum non est necesse neque fluxus fuat cessatio virtutis proximum non det ipsum in potu

Cinamomi trito cum aceto odoratu ... statim stringit ... confert ... [illegible]

Qua' ex q' fit a fractura arti a z
Epate re'b' gall'

i fro pp fractura arteiar cebri i spali
dix mesue raro recipit cura et si q'd
oferre pt est frequens assup° cebror
gallinar et caponu seu pullor ut pul
lar cu sua proprietate et ideo dix Auic
q' est de melioribus mediis eius habet fluxu
m sanguis narium ex causa et passione qua
fracte sunt arterie im meningis cebri vn
oz ut ex eis plurimu fluat aut fiat in
alias cranium et dicunt q' sanguis colu
Sang' colub' be exsiccatus et postea tritus et mixtus cu
albumine oui et naribus immissus et valet li
niu cu albumine oui infusu et i pulue
atramentu infusu naribus immissus et di
cunt valet olibanu bibitu et i nares i
missu vel insufflatu. dix philaretus
quida passus fuit fluxu sanguinis narium
et debilis fcus iacebat supinus et in
no gredicbat multitudo sanguinis p gula
i p meri et congelatus fuit i sto° eius et de
di ei mel cu succo apij et euomuit sa
guine ogelatu et liberatus / R terre
sigillate ʒ·viij coaguli leporis ʒ·vij ge
ciane Aristologie ro· rute siluestris murre
an ʒ·iiij conficiat cu melle et ce ponat
coaguli gazel ʒ·xxij· dos eius ad nuc
magnitudine cu aqua calida aut syr° ace
toso et etia coagula conueniunt i disso
lucione lact et sanguis ogelati i qua
De prouocio cumq3 pte corporis fuerit· de fluxu ar
terie omis auctores concordat no ipsu ee
restringendu nisi superfluat et virtute pstrat
dix facti a mea post secda pulsatiua
i die cretica vel i die no cretica quest
diu est nisi sup fluat· oia aut fluxus
sintomaticus signat molestia nature ista
aut molestia no tollit per ipius fluxus restri
ctione sed postea agetur aplius euacu°
sintomatica no e mala p vna causa ymo bo
na qmuis sit mala p vna signu que malicia
signi no tollit per fluxus restrictione re
stringit aut fluxus sanguis narium per m
strum pocionis s'm duas intencoes vnuale
et pticulare Et vlis fit tribus modis et
pmus est cu eo quod altenit mala ne

calidam i corpore toto capite vel epate et
aufert calidi'te et acuitate sanguis sicut pp'
ie infusiones et balnea ex aquis frigidis et
fessiones et emplastraciones vel eplasmaciones
panor infusor i aceto in frigidato i nunc
posito sup epar et sup sumie et extrema et
testiculos utendo p mutacione ipor post p
mutacione et emplastraciones sup epar cu re
bus vere infrigidacius et actu i hoc est
mirabile· dix ypo 4° afforis quecumq3 i frigida
re recalefacere oz exceptis quibus sangne
manare futuru est qm ut ipse dix ibide
in hys oz frigido uti vn sanguis fluere
futurus est supple et multomagis voluit
sit gal' in comento et hoc habet virtute
ut plurimu et ut sepe i cum tn aliquo pt
euenire q' oporteat te calefacere ut ut i me
bro a quo fluit sanguis tam intensa fuerit
frigiditas q' mortificaret ipm nec enim
pmisso fluxu cumq3 sup suspecto appone
da re calida actu alia ad mebra donec
illa intensa frigiditas abiciat· flebota est
melior res dixit gentil' q' Auic li ponit
tres condiciones obseruandas in flebota pa
q' sit subtilis quia no intedit pura euom
sed diuisioi 2° eqalitas i equali distas
q2 p vna diametru quia est sufficiens
ut patet per Auic 4a pmi 3° c q2
sufficiet diuit et plus q' cephalica· 2us
modus vniuersal' est dix mesue ut fiat at
tractio sanguis ad diuisu et pstat dicat
ipse cu flebota subtili ex latere opposito i
pri° et deinde ex eode fiat lata et alii oz
ducere flebotam et alios mos diuisionu ut cu
ventosacione sup epar ad ultimu fere iam
cionis et sic alii oz ducere ad alteru fora
i anicionis et si ex nare si fuerit dextra
et sup splene si fuerit sinistra et sup ut
q3 et sup sumie sit fuerit ex utraq3 nare
et conferunt ventose sup aura et sup calca
neu· Et si no conferunt administret ventose sup
ceruice et sup spatulas cu scarificacione tenui
et conferunt fricaciones dolorose et ligature
et opssiones facte i extremitatibus et i testi
culis virorum et i mamillis mulier et valet ee

apposite ventosas super cervical in fluxu vehementi
Avicenna vero dixit quod flebotomia est melior res flebo
qua retinetur sanguis narium et fiat flebotomia
subtilis ex latere egestionis eius et prope quod
contingit sincopis et dixit in fluxu peiori
propter caliditatem vehementem sanguinis aut ex ruptura
arteriarum vena est flebotomia cephalica subtilis
et dixit cum flebotomia pervenerit ad terminum sufficien-
tem oportet ut fiat permutatio ad inspissandum san-
guinem cum eo quod est sicut iniube Et dixit
Rasis 3° continentis si fluxus fuerit ex multi-
tudine sanguinis ex corpore ex colera que ape-
rit orificia venarum evacuanda est colera ru-
bea et sanguis corrigendus est cum minutionibus
paucis / 2us modus cure utilis est ut aqua
frigida coartatio in vasis et ductibus et hoc quod perfici-
tur cum linimento super tempora et frontem ex
rebus infrigidantibus glutinantibus et stipticis
et si oportet esse ex stupefacientibus. peculiaris at-
tencio in illa que est circa loculum dixit
Mesue perficiatur cum sollicitudine administratio-
nis rerum per instillacionem et insufflacionem
et immissionem in nares medicinarum sanguinis fluxu- Constringentia sunt quatuor modorum
um constringentium Et medicine hoc facientes sunt
quinque modorum nam alie sunt glutinantes alie
constrictive sanguinis cum proprietate alie stiptice
alie infrigidantes et alie caustice Medicine
stringentes fluxum sanguinis narium multis for-
mis parate sunt ex quibus sunt caputpurgia de
quibus dicit quod sunt distillaciones que fundantur in
nares et de formis sunt licinia que potissime licinia
fuit ex coto aut panno lineo vel tenui tela
aranea vel pilis leporis que pertinent involui in
albumine ovi permixto cum pulveribus constringentibus
donec perveniat ad spissitudinem mellis Et
ex eis sunt insufflaciones que debent insuf- insufflacio
flari per cannulam ponendo pulverem in ea et
cannulam in nare deinde insufflet in ea sic quod
pulvis proveniat ad superiora nasi dixerit
Mesue Et Avicenna post insufflacionem oportet ut
constringat nasum digitis una hora et spuat
illud quod descendit ad os Et oportet dixit
Mesue ut pulvis sit subtilissimus Et de in-
tencione Avicenne est quod iste modus curacionis
sanguinis narium per medicinas locales sit omni-
bus in eo quod est velocius vel velox nam in
eo qui est plurimus inquirit curam circa super-
percussionem. Et medicine quidem singulares Conglutinativa
conglutinantes dixit Mesue sunt pulvis molen- pul molendini
dini et tela aranea et prope que est in fari- tela aranea
na molendini et ovi albumine cum spongia
marina cum aluminare combusta et fumus
piris et thus et fumus eius et gibsum et thus
gummi arabicum assatum Et Avicenna dixit vel gum arab
addidit masticem Et ex eis est aloes et aloes
sanguis ipse fluens siccatus et combustus Et san ipse
medicine stiptice sunt rute semine eius galla ba- Stiptica
laustie ypoquistidos corticis et flores gra-
natorum bolus armenicus terra sigillata alumen
et caphora lapis ematites succus palme
sanguis draconis corallus rubeus succus
arnoglosse Et medicine infrigidantes sunt du- Infrigidativa
plices quedam sunt intense frigiditatis conge-
lantes sanguinem stupefacientes sunt caphora
cortex mandragore iusquiamus succus eius
papaver lactuca magna et opium. Medicine
autem remissionis frigiditatis sunt lactuca alba
camomilla endivia ortolana solatrum sempervi-
vina mercurialis Et Avicenna dixit quod medicine
constringentes fluxum sanguinis narium a proprie-
tate sunt frequentatio comestionis cerebrorum Constringentes per proprietatem
gallinarum et stercus asininum insufflatum
Et dixit diascorides succus porri mix-
tus cum aceto et pauco pulvere thuris
incidit fluxum sanguinis et non est ei par-
res aliqua sed debet instillari sepius Sti-
tus apii pepue est remedium. Stercus asi-
ninum exsiccatum cum est recens instillatum
in nares succus eius et valet combustum pul-
verizatum et insufflatum et dicitur quod rostrum por-
cinum et contritum et positum super utramque ma-
millam retinet sanguinem undecumque fluat
et bursa pastoris retinet ipsum in manu re-
tenta aspectu et odorata et cavis narium
insufflatus vel cum aceto naribus attractus Et
dicitur quod gutta sanguinis fluentis cadet super
petram vel silicem cum ipsa incipit remittere
et cum erit totaliter exsiccata fluxus totaliter
exsiccabit et cessabit Et dixit hali si in
succo porri vel basilicon misceat modicum

caphora prodest et perfectius fluxum aufert
vel predictis medicinas operantes cum proprietate
reducuntur incantationes de quibus dicatur quod
restringat sanguinis fluxum narium de quibus
est ista vade ad bursam pastoris et ge
nibus flexis dic ter pater noster et ter ave ma
ria et istum versiculum te ergo quesumus tuis
famulis subveni quos precioso sanguine rede
misti et sic dicendo collige herbam unam vel
duas si autem plures collige vis omnes
inchoare et suscipiendo herbam circa collum pa
cientis pone a quo fluit sanguis et ibi
dimitte et restringet certissime et si vis ut
non cognoscatur herba fricata eam super manus
tuas et suspende eam in aliquo panno vel
sindone. Willelmus dixit in nomine patris et filii et
spiritus sancti amen circa carnem cum sanguine isti et
nova pacientem versando aquam et colando
per cannistam pacientis quam dabo in potum
infra-ino ut nunquam ullo ab eo in nomine eius
non sistit sanguinem unquam fluat. scribe in
aliquo lapide de sanguine fluente a naribus
pacientis consummatum est et statim restringit
et erat hoc factum in nepote meo. dixit meo
lo cum fluxus velox erat et statim constrictus
est dic ista verba ecce latus domini perforatum
et continuo exivit sanguis et aqua et re
media dona et scribe ea super cartam et
liga ad nares vel dic sic vere credimus quod
sicut sancta maria virgo genuit istum
cristum sic detine tuum sanguinem in nomine patris
et filii et spiritus sancti amen vel apponatur ubi
fluit sanguis et dic coniuro te sanguinem per
illum deum qui venit in carnem ut ita restri
garis in vena sicut opus suum restrinxit in
sede sua. dixit Rasis 3o continentis quod quidam
passus est fluxum sanguinis narium et cura
tus est cum pluribus medicaminibus et non fu
it curatus inde et immissum fuit in nares
succus basiliconis. i. latorum foliorum et cura
vit et dicit medicus quod ipse commiscuit cum pre
dicto succo de caphora et est efficacior. cum
spuit sanguis de distillacionibus in nares
seu capupurgiis dixit Avicenna est ut sumat
aqua florum palme et acacie ana ʒ s caphora

re granum unum et misceantur et instilletur
in aures et dixit si sanguis multitudine
senserit nam flos eius infusus in aceto distille
tur paulatim et capupurgium cum tritura ba
laustie contrite vel trite cum succo plantaginis
et aqua in qua dissolutum fuit opium et Se
rapio dixit ex medicinis convenientibus est aqua salicis
et succus ypoquistidos cum caphora et succus
plantaginis cum terra sigillata et caphora
et succus virge pastoris cum bolo armeno et
caphora et de unguentis convenientibus est caphora
cum succo mirti et parvo aceto naribus instilla
ta de hiis que inmittuntur in nasum dixit Avicenna
fiat tenta et subingatur in temustro scriptorum
vel de stercore cum decoctione sumach et aluis
et pulverizetur super ipsam vitriolum deinde
mittatur in nasum et ex compositis est tenta facta
ex hoc modo adhusto et aqua bedaugi
.i. ozima flumialis et tenta cum pulvere mole
dini et farina thuris et aloe cum aceto et
albumine ovi de pulveribus vero insufflandis
in nasum est hoc quod recipit aloes thuris
sanguinis draconis boli armeni pilorum leporis
incisorum et insuffletur et post ea apponi cum
albumine ovi et tela aranea et spodium pul
verizatum insufflatum valet in sanguine flu
ente a naribus cerebri. de emplastris autem
est quod dixit Avicenna Recipe succum foliorum bis
et foliorum mirti et aqua rosata et infrigi
detur et apponatur cum panno fronti et sic fit
ex omnibus medicinis stipticis et stupefacientibus
considera quod locus quem debet infrigidari est triplex
alius est corpus totum alius epar et alius sple
.2us locus est qui est medius inter membrum mandans
et membrum recipiens et ea que sunt circa ipsum qui
locus est pectus spatule collum et guttur
hec enim loca infrigidata ut constringant ductus
et vie sanguinis ad superiora. 3us locus est na
sus et ea que sunt circa ipsum et caput et facies
et os et si quidem fuerit totum corpus administra
balneum aque frigide et sessio in ea et infrigi
detur testiculi in viris et mamille in mulieribus
et si illud membrum fuerit epar administra
hoc emplastrum super eo Recipe succi solatri et pla
taginis ana lib. s. aque rosate ʒ i. s. aceti

ʒ ii farine ordei ʒ ii. Et si fuerit splen epithimet cum aqua solatri scolopendrie et iuxta cum lib. i aceti ʒ iii. Membrum vero intermedia epithimet cum aqua rosata aqua buglosse et solatri et quidam collum et gulam de infrigidativis capiti et faciei administret super duo supatra spongie intincte in aqua frigida. dixit mesue emplastrum linitum super fronte et tempora Rx boli armenici gipsi barbe yrane cum terra contritione ultra deinde conterere cum aceto forti in vase lapideo ita ut multum elaboret in eius contritione usque dum fiat sicut mel huius mediocritatis inter tenue et spissum et liniat super fronte et temporibus et stringat super ea cum pila ... et sic pis ligatur a constringente et est ei optimum et quandoque necesse addatur opii pars una gipsi par cum albumine ovi. quidam dicunt quod folia urtice masticata donec possit deglutiri sed non debent deglutiri restringunt fluxum sanguinis narium. Ego autem vidi dixit nicolaus supponi fronti folia contrita et cessavit fluxus sanguinis narium. dixit Rasis 3° continentis da pacientibus fluxum ex subtilitate sanguinis sirupum ... de succo melonis pastum cum 2° et de succo ... tribus est sirupus factus ex succo virge pastoris arnoglosse et portulace. si autem sanguis descenderit ad ventrem da dimisium in potu et fac emittere ut expellat foras, sin inflabit stomachum et concitabit nauseam. non dimittat in quantum aliquid sanguinis fluere ad ventrem ne inflet et debilitet pulsum et excitat sincopis que sunt signa et accidentia sequentia coagulationem sanguinis in stomacho et in aliis membris. ... quando est in stomacho ut evomat statim et si permanserit ipsum ... educat. aliquando est necessarium provocare fluxum sanguinis narium et maxime in consuetis quibus postea constrictus est et sic est in egritudinibus aliis. ideo dixit Rasis 3° continentis imponat naribus ... de ... silvestri et de flore urtice et mittet naribus sanguinaria que appellatur ... Gal. confert et folia savine et origani immissum in nares cum oleo ... cogit manare sanguinem a capite provocat etiam fluxus sanguinis narium

splen apo[stema]
collo faciei
unguentum fronti
expertum
sirupus
alius
Ad provocandum sanguinem naribus

cum omnibus rubentibus sanguinem ad superiora et ipsum subtiliantibus sive sint cibi sive sint medicine sive aer sive motus stringat collum et gulam undique et fricet faciem cum aqua calida et si non provocatur mittat in nares setem porcine ligate. Tractatus ... in 4or partes

De catarro

Catarrus triplex superius reperitur. uno modo consideratur pro quolibet fluxu humiditatum. 2° modo consideratur pro quolibet fluxu humiditatum a cerebro ad partes sibi suppositas sive sit stomachus sive pectus sive epiglotis. 3° pro descensu humorum ad pulmonem et isto modo distinguitur contra branchum et corizam nec sic proprie egritudinis sed accidentia sequentia morbum cerebri nam sic ex causa mutata ... sic dixit Serapio quod calidus a frigidus inveniunt ipsum in mutatione sive complexionis et implet sic membrum officiale a quo emanat diverse egritudines nam ut Gal. dixit superfluitas catarri passima et ut influat ad os et ad nares et ad oculos et ad aures et stomachum et trachea arteriam. fit autem catarrus dixit ipse causa multorum languorum et variorum secundum varietatem organorum ad que distillando devenit. Si autem ad ventriculos distillaverint cerebri epilensiam et quandoque apoplexiam facit et si ad nares corizam et aliquando polipum et si ad palatum fit alcola et si ad gingivam lavat et corrodit ipsam et dolorem dentium inducit et ipsorum putrefactionem et casum et si ad aures surditatem et quandoque dolorem in eis vel apostema facit et si ad oculos obtalmiam dolorem vel aliam egritudinem eorum facit et si ad stomachum nauseam et provocat vomitum et dolorem et quandoque fluxum ventris per inferius inducit. Et si ad guttur squinanciam facit et quandoque ex eo commovetur appetitus caninus et quandoque ex eo generantur colica et yliaca ... mala et si ad pulmonem tussim cum sputamentis spumosis et aliquando ... et aliquando cum apostemate. Si autem in pectus distillaverit asma causat et emotoicam passionem et tussim vel pleuresim et quod deterius est plerumque in ... subito distillans suffocat et si in parum

quando egritudinis catarrus est

aliu qui cor cooperit cardiacam parit et
si ad nucam quam spondiles disloceat et aliu
causat gibbositatem et aliu arteticam parit et
aliud disponit corpus ad multiplices et
innumerabiles passiones. Redeundo ad cau-

Cae

dicamus quod causa caturri est duplex scilicet intrinseca et
extrinseca et intrinseca et materialis est duplex una
est humiditas in cerebro aggregata per viam
indigestionis nutrimenti ad ipsum delati cuius super-
fluitas in ipso indigesta remanet et multi-
plicatur una vice post aliam. Alia est humor
sive vapor ascendens ad cerebrum ex corpore
toto aut stomacho aut aliis membris qui humor
postea remanens in eo descendit dissolutus
in membra. Vapor vero ascendens ad cerebrum
non resolutus frigiditate cerebri congellatur
et in materiam aquam convertitur que post aggre-
gacionem eius ad inferiora descendit. De primo
causa dicit Gal. 6° de acci[dentibus] quod ita accidit ca-
turrus cerebro propter defectum virtutis digestive
ipsius sicut accidit lienteria stomacho ex defec-
tu sue digestive. 2a causa extrinseca aut est hu-
mor expulsus sursum ad cerebrum tractus
vi doloris attrahentis aut est ascensus
vaporis ad cerebrum. Cerebrum autem dicitur esse

Comparac̄ cerebri a media regione aeris

in corpore sicut media regio aeris ad quam
delati vapores aquosi ad propriam naturam re-
versi in pluviam convertuntur sic vapores ex cor-
pore delati ad cerebrum nisi resoluti fuerint
in ipso refrigerantur et ad naturam deducuntur
aquosam et Gilbertus dicit assimulatur plerumque

Alia ad cumunitates

caput esse corporis caminum ad quod fumo-
sitates a toto corpore resolute ascendentes
convertuntur in substanciam liquidam aquosam cuius pars resol-
vitur et pars per nares expurgatur et pars in spu-
tamina et screaciones emittitur et pars ad di-
versa membra defluit sicut et humor qui fluxit
ad cerebrum si ibi retinetur ledet ipsum expel-
litur ad diversa membra et mala qualitas complexio
cerebri potest esse causa sive sit acquisita ex generacione
sive ex tempore sive sit frigiditas
sive caliditas ut plurimum tamen est frigidi-

Cae ex hiis

tas. Causa vero extrinseca aut est in sole aut in
vento calido aut olfatum membrorum calefacientium
ut muscum croca cepe et alliorum. Aut est frigi-
ditas adveniens extrinsecus sicut cum discooperit ca-
put ad aerem frigidum et ventum frigidum et
caturrus quidem diversitate recipit secundum varietatem
cause eius quoniam caturrus quandoque est grossus quandoque sub-
tilis omnis tamen caturrus subtilis est ab altero al-
io fluxerit et quandoque grossus in comparacione ad
magis subtile dicitur et quandoque est calidus acutus
vel salsus vel mordicativus. Et quandoque est frigi-

Sig. gnā̃

dus. Signa generis dicit almasor cum
acciderit naribus et palato pruritus et
sternutacio post flatum venti frigidi vel frigidi-
tate aeris post rarefactionem pororum vel
ex balneo vel ex coitu vel in caturru

S. spēz

dicimus pati. Signa specierum dicimus dico
sapio si caturrus est ex calidate tunc est igneus
rubicundus facie et nares et caliditas ta-
ctus eius et cum quandoque accidit febris et non
iuvatur ea in descensione ad guttur dicit
quidam sentit in guttur acuitas eius quod
descendit ad ipsum et sputum ad citrinitatem
declinat et rubedinem et est acuta commo-

Si frī

cio opilacio in naso. Signa frigidi dico sap-
illi cui accidit caturrus ex frigore accidit
tensio partium anterioris capitis et eminencia
duorum superciliorum et opillacio in naso unde ipsi
non odorant odorem bonum neque loquuntur ser-
mone manifesto et si descendit ad pectus
sequitur ipsum tussis et sputum quod fortuitu
egreditur cum conamine. Et cuius dicit si est
ad nasum signum eius est frigiditas eius quod
currit cum compressione frontis et vehemencia
opillacionis et nausitas et quandoque sequitur ipsum
grossitudo materie et albedo eius et iuvatur
ex febre si accidit dolor autem capitis et
gravitas in superioribus colli sequitur reuma ad
inferiora fluere et granula in continuitate
urine apparencia dicit Egidius reuma-
te semper sit inicia cave. Et si subitat deps-
sa parum neque mota regressum accelerat ca-
pitis loca propria patitur humor cum des-
census caturri non fuerit ex indigestione
tunc adest bonitas sensuum et tunc erit ex
malicia sanguis vel alicuius humoris ascen-
dentis ad cerebrum aut cum vapor eleva-
torum et cum humore semper est gravitas. Cae

coriza cognoscitur per indicationem cau
Cura catarri non est negligenda quia si non — Cura
curatur provenit inde multotiens ad egritudines mor
tales malas Et ipsa quidem duplici perficitur in
strumento et proposito ut dixit mesue per quod intel
lexit id quod dirigit ad catarri correctio
nem accidentium · Avicenna vero consistit cura catarri
in sex rebus et quidam sequentes eum dixerunt — In frigido
quod cura catarri perficitur per sex intentiones quarum
prima est ad digerendum materiam catarri 2a est ad — 1 2
evacuandum 3a ad divertendum 4a ad materiam flu — 3 4
entem abscindendum · 5a ad accidentia corri — 5
gendum et 6a ad dietam convenientem procedendum — 6
Et si bene consideretur omnia predicta cura catarri
perficitur per tria media scilicet dietam
potionem et cirurgiam · Et dieta quidem consistit — Dieta
in evitatione causarum corporalium catarrum generantium — aer
Et oportet cum hoc quod huius catarrus frigidum custodi
atur ab omni frigido actuali frigido contac
tu non solum capitis sed etiam totius corporis
ex aere et ventis et mora sub sole lunari
et ablutionibus et emplastris frigidis et similibus
· dixit Mesue caveat ab austro et borea quan
tum est possibile et etiam Avicenna quia auster
replet caput et rarefacit et boreas constringit
et comprimit · dixit halabas capitis caveat dis
coopertionem ymo cooperire studeat ipsum / et
Avicenna dixit oportet ut assiduet calefactionem capitis
sui in horis debitis cum elongatione ipsius a frigore
teneat toaliam involutam circa collum et pe
ctus · huius ergo catarri calidum custodiat a
a calido — contactu calidorum actu aere calido mora
sub sole vel prope ignem et ablutiones et
emplastra calefacientia et oportet ut utrique custodi
atur ab accidentibus anime ira tristicia sollici
tudine et similibus excepto gaudio temperato
Et dixit mesue nocet ei sompnus super reple
tionem et multitudo ymo qualiscumque sit
sompnus in die et paucitas eius in nocte et
non iaceat supinus et tempore sompni prohibe
atur a frigido et vento et radiis solis et lune
et prope quando est ingressus eorum per fenestras
et si tres sitis iaceat super latus non dormiat
de die et post cibum interponat tempus duarum
horarum teneat caput altum et non dormiat

in locis terrenis humidis et in antrosis in
quibus aer non eventatur quia est nocivum
valde · dixit mesue imungatur quies quia est
res magis maturans catarrum motus inferiorum
membrorum est valde maturans et similiter ipsorum
compressio fricatio ventosatio et ipsorum positio
in decoctionibus calidis et valet confricatio
totius corporis moderatum in catarro calido
et in frigido fortius ante cibum sero et capitis
lenis pectinatio vel lenis fricatio cum panno as
pero et maxime post confricationem inferiorum et
mossionem · Et dixit mesue dicunt quod introitus
ad sudandum in balneum maturat catarros
Et galienus dixit cum iam aliquod spissum descen
dat balneum ducas et super caput eius a
quam infunde calidam Et recipe obvius vapori
aque calide in qua camomilla corticis melli
loti et sansucus sunt et sinsimbrium et viola
siccata donec coriza dissolvatur et patiens — Balneum
sanetur cave tamen balneum dixit halabas do
nec maturatur et inspissetur aliud quod fluit
et dixit paucies catarrum et corizam caveat
cibos ad caput vaporantes ut nuces caseum
veterem lac caprinum cinamomi et similia et dixit
a vino supersedeat minoret potum aque frigide
dixit mesue in calido sint cibi sorbitiones — Dieta in calido
facte ex fabis ex tritico et ordeo et papavere
albo et oleo ex amigdalis et amido cum la
cte si non est febris et conferunt ex oleribus
atriplices malue atriplice et si caliditas est
multa misce cum oleo amigdalarum dulcium et si
non misce cum pullis et aliis cibis bonis vel
ambus et bibant sirupum violatum et iuleb
et vinum granatorum dulcium · In catarro at — In frigido
frigido pascant subtilibus ex sorbitione facta
cum aqua furfuris et oleo amigdalarum dulcium
et conceditur caro pullorum et perdicum et aliarum avi
um bonarum et caro iuvenci castrati vel agni
dicunt quidam convenit avellana assata comesta
cum pauco pipere avellane tamen debent esse sic
ce et in vase fictili vitreo sinate aliquantulum
torrefacte ut mundentur a cortice ipse enim
trite et cum mulsa potate ultime sunt vetustissime
tussi et multis pectoris similiter conferunt biba
aquam mellis sola vel cum decoctione ysopi

liquis et dattilorum allevio(n)t cenam dicto y(u)o
prohibeat si possibile fuerit et non comedat ca
ravsi dicto Rabi multa fercula in una mensa
quidam tamen concedunt in fine mense panem biscoc
tum vel costum ut prohibeat ascensus vapor(um)
vitent coitum et superfluitates cibo(rum) cottidie
comburget p(ri)us cum suis cibis una sapore facto
cum brodio vel vino granatorum dulcium vel
hiis similibus ℞ anamomi electi cardamomi
croci macis ligni et zuccari et cum ferculis ap
ponunt species que sic fiat ℞ zinziberis albi
anamomi electi ana ʒ j cardamomi croci
ana ʒ j et p(ri)us una tragea post cibum que sic
fit ℞ liquiricie an(isi) ana ʒ i s garioffi cu
bebarum ana ʒ iiij macis ʒ ij passularum a nu
cleis mundatarum lib. s. dosis coclear unum
vel fiat tragea pista que sic fit ℞ galange
cubebarum nigelle ana partes ij masticis co
riandri preparati ana parte j zuccari ad pondus
omnium et de hac est sumere post in fine mense
vel in introitu ad lectum sine potu. Sacca
lus ad catarrum frigidum ℞ betonice sticados
rute ana m. s. flores anthos flores sticados
dos arabici ana ʒ ij seminis baptisecis seminis
rute ana quarta m s. conquassentur et fiat sacculus
alius ℞ camomille sticados arabici calamenti
maiorane foliorum lauri ana m j folliculorum
sene nucis cipressi corticis citri ana ʒ ij cu
bebarum nucis muscate gariofilorum ana ʒ j ma(cis)
spice api calami aro(matici) ana quarta m s. Cu
ra per potionem dicit Mesue quod secundum ipsos
res prima adequat materiam et digerit 2a
abscindit eam 3a divertit eam a parte nobilio
sa ad partem ignobilem 4a abscindit fluxum
eius alterando malam discrasiam et membra
confortando et 4a corrigit accidentia et
explent dicte intentiones per medicinas per intra
et extra approximatas de intentione prima
dicam quod si in catarro sit caliditas multa con
fert sirupus nenufaris et de papavere et
de utilibus est sirupus qui sic fit ℞ viola
sicca liquis ana ʒ iiij flores nenufaris
et cucurbitarum flores malue et seminis eius
ana ʒ ij seminis psilii integri seminis atomori
integri ana ʒ j s jujubarum sebesten seminis

papaveris albi passularum enucleatarum ana ʒ
s. seminum communium frigidorum ana ʒ j scariole lac
tuce ana m j s. seminis portulace ʒ ij s decoquan
tur in lib. ij aque pluvialis ad medietatem et
colentur cum zuccaro albo soluto et fiat sirupus
dosis ʒ ij cum aqua decocti. Sirupus alius
et est gentilis ℞ capilli veneris m j ordei mundi
liquiris ana ʒ ij jujubarum x numero seminis papa
veris albi ʒ s penidiarum ʒ iij fiat sirupus
cum zuccaro et de convenientibus est diagaticum
et diacodion looch utile ℞ passularum ʒ j
jujubas xxx numero seminis malue virge pastoris
lingue avis buglosse capilli veneris liquiris
ana ʒ s. fiat decoctio ad consumptionem
duarum partium deinde accipiat dicte decoctio
nis lib. j. sirupi de papavere ʒ vij sape et
zuccari ana ʒ vi reducantur ad spissitudinem mel
lis et tunc addantur ʒ v seminum communium frigidorum
gummi arabici dragaganti seminis portulace amidi
seminis atomori ana ʒ s et est confectio que
sic fit ℞ seminis citrulli passularum penidiarum
ana ʒ s penearum ʒ j s anamomi macis su
dalorum citrinorum gummi arabici dragaganti ana
ʒ s zuccari quod sufficiat dicit Avicenna admini
stret mel rosatum vel zuccarum rozatum omni die
ymo fere omni hora et confert camphora in
ore retenta. Sirupus in calido de papavere ad catarrum
℞ laudani purissimi ʒ j xiloaloes sto
racis calamite olibani ana ʒ s nucis mus
cate nucis cipressi sandaracis ana ʒ j nigelle
anamomi gariofilorum ana ʒ ij gallie muscate
ʒ s. mirre masticis spice costi ana ʒ j ambre
ʒ s. musci grana iiij pulverizanda pul
verizentur et conquassentur cum aqua rosacea
et modico vino odorifero cum quibus fiat
pomum de medicinis approximandis ab extra
quedam approximantur capiti et quedam aliis et
de approximandis capiti dicit Avicenna si sit in
calido sollicitetur in infrigidando caput cum eo
quod est infrigidans potentia quia voluit apponen
dum calidum actu cum frigidis potentia quamvis actu
non sint frigida sed tepida vel ad calidum de
bile declinantia quia secundum dicto Mesue balnea
aque dulcis in ieiunio et embroca ex ordeo
et violis et papavere et camomilla et effusio

aque calide sup caput et testiculis et sup extre
ma et suctiones fiat et sup ea et sup ventre
et simile cum oleo ex violis et camomilla dixit
mesue olfaciat camphoram et aquam rosatam
et alia que dicta sunt in secunda calida aut odorent
ponum calidum quod sic fit Rx anclame (?) citrine
sandalorum alborum et citri an ʒ. i. rosarum rubearum
sandalorum citrinorum an ʒ. ii ʒ. ii. camphore boli
armeni an ʒ. i. terantur omnia preter camphoram que
dissoluatur in aqua rosata in qua infusum sunt
gummi arabicum et cum alia conficiatur alia. dixit
mesue fiat subtiliatio et diuisio in grosso et
viscoso. scias tamen quod apertiua subtiliatiua materia
sua non sunt danda in principio quia humor in principio sup
ra augetur catarro dato esse quod materia esset frigida
digeratur ergo materia in principio cum sirupo qui sic fit
Rx capilli veneris sticados an m. i. passularum
sebesten an ʒ. i. dactilis carnee pinguis
an numero 4or decoquatur et fiat sirupus cum
zuccaro aromatizatus et cum macis et nuce muscata
et valet esse iste sirupus in catarro parum frigidi
tatis valet esse quando cum catarro esset febris sed
postea minorata materia cum sirupo de aceto qui
describitur in antidotario aut cum sirupo utili qui
sic fit Rx sansuca origani calamenti ysopi be
tonice sticados capilli acori radicum peonie
cum pretri an ʒ. iii. cassie lignee carpo
balsami xilobalsami an ʒ. ii. s. florum rosis
marini sileris carui ana an ʒ. iiii. feruea
in aqua et colentur et cum melle fiat sirupus et
aromatizetur cum nuce muscata cinamomo car
damomo gariofilis et cubebe. Electuarium
utile quod sumatur cum it dormitum sequente
potu parum vini albi limphati Rx nucis musca
te cardamomi heil gariofili cubebarum an ʒ. iii
liquiricie modice ʒ. iv zuccari albi boni et modicum ʒ.
iii zuccari albi quantum sufficit et valet diaminis
cum et diabria et diazinziber gal. quod sic fit
Rx zuccari ʒ. iii. florum camomille gariofilis mac
ceca an ʒ. s. draganti ʒ. i. gummi arabici ʒ. ii
zedoarie doronici an ʒ. s. passularum pinearum fis
tici an ʒ. s. penidiarum ʒ. ii zuccari quod suffi
cit. Ab extra conveniunt calefacientia cum subti
litate mansione et desiccatione et dixit mesue va
porat caput cum lini qualia sunt multi et salviant

cum pannis calidis vel calefactis et aliis que dicta
sunt in secunda frigida et de utilibus est evaporatio
cum sacculo qui sic fit Rx kesmes sticados
corticum citri macis an ʒ. iii. mili ʒ. ii. salis
ʒ. ii. nucis muscate spice an ʒ. i. et in forti
caliditate addatur calamenti origani sansuci
rosmarini folia lauri et calefiat sup te
gula et apponatur caput continue pius in eo et
vices iteret donec sentiat caliditas ad
intra craneum pervenisse et dixit Gal. 23. tape
vapor calidus thimi et ysopi recipiatur per
nares cum ponuntur sup prunas aut cum decoc
quuntur in aqua et foliis rosmarini vaporatio
est utilis et inungantur dixit mesue extrema
simile testiculi cum oleo sambucino anetino et
ructaceo et ex eis instilletur in aures et nares
et prope ipsis calefactis et caput eorum et
frons epithimetur cum costo spica murre et
parum castoreo cum oleo rosato irinis et
amigdalarum dixit administretur unctio in extremitatibus
cum oleis calidis sicut camomillino anetino et for
non esse ut ructaceo et inungantur eis testiculi
et anus et simile et extremitates. Et con
fert dixit mesue olfactus calidorum sicut
musci ambre et aliorum que dicta sunt in secunda
frigida. scias tamen quod illa digestiua contra
melius et cum administratur post minorationem
materie quam cum et fortasse propter hoc dixit Avicenna de
mde. scilicet post evacuationem minoratiua ad
initum quod narratur ex vaporationibus et fu
gationibus et aliis cum obstinatione ne administre
tur sup repletionem sed preceat aut evacuatione
completur primo cum evacuatione vel respiciente totum
corpus maxime si materia conuenerit. 2o fiat ma
gis respiciens membra superiora et esse caput
3o fiat ex ipso capite dixit mesue complet
cum flebotomia et solutio ventris et administratio
suppositorum calidorum et acutiorum et lenium
cum esset omnibus bonus. flebotomia tamen dixit ipse in
tribus casibus est necessaria primus est si catarrus est
calidus in calido corpore et habundante in quo
sit oculorum rubedo et grauedo et venarum
plenitudo. 2us est si catarrus sit calidus de
clinans ad oculos aut qualiscumque sit quando venit
in faucibus aut pulmone aut pleura et si

gatur in eis ad collectionem

gatur in eis ad collectionem et cum sit acciderit
caturrus cum febre et dixit solucionem fieri oz
in via calida cum viol. condit et aqua ordei aut
cum aqua fructuum solubilium quos diximus et
reubarbari quidem dixit eis mixtum et in frigida
Solucio — dixit mesue fiat solo cum pillulis cochyis et ye
rapigra cum aqua passularum et yera diacro
loguridia et dixit avicenna quod pille cochie sunt
illi in quo plus venit estate et yeme ex aliis
bonis et magis innatis. Inficacio autem tercia
De divisione — que est ad divisionem impletur in primis cum diu
retibus materiam ad longinquiori et extrema
cum fricacionibus ligaturis et expressionibus do
lorosis et ventosacionibus earum in aqua calida
quantum pati poterunt et sic est cum emanationibus
cristeris suppositoriis extrahentibus materiam et
deinde fit cum divertentibus materiam ad exteriorem
capitis ad nares et palatum et deinde capitis
cutem et hoc dixit mesue compleat gargu
rismata caputpurgia et extremitatum frica
ciones et ventose et similia divertentibus ad ex
trema et longinqua sunt patet ex multorum
dictis et est illud a quo aparet incipere de
divertentibus aut ad partes capitis propinquas sicut
Vetosa — ventosa posita in nucha cum distractione au
rium et evulsione pillorum et aliis attrahit
catarrus ad cutem capitis sed non nisi corpore
bene modificato cum ventosa posita supra
fontanellam capitis in commissuram coronali et va
let in calido et frigido sed ea in motu illarum
apponatur crotu vel sacculus vel aliud conveniens
dispositioni eorum. De divertentibus autem et educen
tibus materiam per nares et os sicut caputpurgia sicut
nutaciones masticaciones et alia deopilacia
Capputpurgium — nares et aperientia viam collatorum et de le
nibus est succus caulium et succus cepe et
pulvis nigelle primus uno die naturali in aceto
vini dimisso et postea exsiccato et succus ra
dicum celidonie naribus attractus. Aliud leve
Aliud levium — divertens materiam ad viam nasi et confortat cerebrum
Recipe succi bliti iunioris et succi maiorane ana
℥ j vini albi optimi antiqui vini ana ʒ j
misceantur et calefiat et repleto ore aqua
vel vino naribus sugat et euforbium cribatis
bis lotum in aqua tepida postea die integro

Varia
A [illegible] cum [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] maiorane [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

infusum in aqua frigida deinde exsiccatum et
pulverizatum et mixtum cum lacte naribus immis
sus sine molestia optime purgat caput et
multum de provocacione aut sternutacionis dixit me
Sternutatoris — sue quod ipsa est suspecta in principio quia cum ma
quiete indigeat ut maturet sternutacio mul
tiplicat ea et fiat consequens motus laboriosus ac
vero post eorum maturacionem est eius inducimentum
sublime et modificans medica et dixit garga
De gargarismatibus — rismata sunt mala et prohibent inferius et incidit
eorum innatum competit in tribus causis primus est quod
catarrus calidus catarrum calidum acutum cum rebus
ingrossantibus et coadunantibus ipsum prohi
beat descensus ad profundum et fiat facilis
ad expellendum et excreandum. 2ª causa est
ad catarrum cuius natura est multe viscositatis et
grossitudinis et querimus subtilitatem ipsius et
divisionem. 3ª causa est quando timemus materiam fugi
in faucibus et querimus eius abstersionem et mo
dificationem. Ex materie autem divertentibus materiam
causam est ut radatur caput in commissura coro
nali et fricetur super illa vehementer cum cepe acuto
aut cum squilla aut cum panno aspero deinde po
natur super ipsam medicamine rubificativum usque
dum fiat vesica. deinde aperiatur vesica et
apponatur quod fluere faciat deinde iteretur et
iteretur dum appareat sanitas et hoc corpore
Unguentum rubificativum capitis — expurgato bene modificato. medicamine rubifica
tivum quo caput ungendum est ipso prius raso
Recipe stercoris columbini rute agrestis seminis sinapi
castorei ana ℨ j euforbii ℨ ß olei rute quantum
sufficiat aceti parum conficiantur omnia simul ante
cum apposicione rubificativum exponendum est in a
liis que divertunt materiam ad cutem capitis et in isti
dum consistat. Et avicenna dixit ad ultimum cale
factio capitis et ipsius consistens confert et ex
pellit illud quod accidit ei nocumentum et ex istis
sunt fasciculi porcarie calefacti super tegulam cali
dam sine liquore et positi super caput et sacculus
Saculus — plenus pulvere gariofili piperis maioris anacardi pul
legii origani serpilli sticados saxifrage calamenti
asari corticis citri cubebarum et spice et quidam
addidit in ipso stercus columbinum. dixit zoar
Sal — gariofili pulverizati et aspersi super prorim
capitis prohibet descensum humiditatis catarralis

et ideo fiunt mentastrum siccum et ex fortibus
et pulvis sulfuris et radices afodillorum dixit
Rabi in 22ª particula junctis in gariofilis tritis et colatis
positis in porta capitis sero quolibet et tempore
hyemis frigiditate autumni et hoc idem magis
operatur in omnibus partibus capitis operatur postea

Cerot

supponatur cerotum hoc capiti ℞ sandaraca
ʒ j s mace nigelle ana ʒ ij cera ʒ j uncias

Aliud

ʒ iiij olei costini quod sufficiat aliud ℞ aloes
ʒ s pulleggii calamenti mentastri corticum citri
ana ʒ j s rosarum mirti simach ana ʒ s de
coquatur cum laudano et modico cere et scias

de sartag

quod in preservatiuis aliud est nam sartagine ig
nea ferrea imposita ante capiti et facere alia
diureticam fortia capiti et scias quod de utilibus
medicacionibus que possunt fieri super consutura ca
pitis est illa que fit cum oleo benedicto · locio

Locio capitis

conveniens capiti fiat lixivium cum cinere vitis vel
quercus cum aqua decoctionis calamenti origani
mentastri assari baccarum lauri granorum juni
peri radicum afodillorum edere et lanceole in
vase tamen sub cinere ponatur de sulfure aliume
siccum et aliume lameni et hoc liquido lavetur
caput in ieiunio amotis capillis deinde sta
tim lavetur cum vino malvatico in quo bullierunt
rosis violarum ana ʒ. iii. spodii
curube ana ʒ. ij. pilosaloes carui camphore
mastice ana ʒ. j. terre diligenter et da modicum

cu aqua granatorum iudens dixit 7c. confect
Rx cinamomi spice electe zurumbet doronici
c ozimi lazuli foliorum ana tritis et cri
bellentur et distemperentur cum sucoque lingue bo
uis desiccatis ʒ i. cum ʒ i. vini cocti est mira
bile / Si tremor cordis sit a causa primitiva
removeat illam siue sint vmores siue vene
na si autem fuerit tremor cordis et per con
ventum tres habet intentiones generales quarum
vna dirigitur ad totum corpus seu ad spe
ciale membrum mandans / 2a ad ipsum cor et
prima quidem completur per correctionem disposicionis
in corpore uel in membro mandante / 2a com
pletur cum confortatione cordis . 3a completur
cum prohibicione regeneracionis materie . Aucto
res tamen specialiter locuti fuerunt de tremore
accidente propter stomacum . si igitur in stomaco fuerit
humor grossus digeratur et euacu
etur uel pocius vomitu educatur deinde so
lucio fiat ventris . similiter si fuerit melan
colia aut colera eodem modo fiat ut dictum est
in capitulo de mala complexione stomaci calida . Et Auicenna
dicit non sis contentus in abstinendo cum et con
fortacione membri mandantis verum oportet ut
intendas ad cor cum medicinis cordialibus
confortantibus ipsum Rx corallorum rubeorum cro
ci ana partes equales et in frigida cum da cum
vino debili temperato cum aqua rosarum et re
mouebit statim tremor cordis et exhi
bebis in septimana ʒ i. pulueris qui sic fit
Rx zedoarie doronici mellisse buglosse
ana partes equales remouet tremorem et an
gustiam . Ceroneum in causa frigida confortans
cor et stomacum Rx laudani ʒ ii mastic e
benne ana ʒ ii corticum citri gariofilorum nar
di florum cinelle ana ʒ s. muste ʒ s. incor
porentur in mortario cum pistello calido et
extendatur super corio et applicetur pannis lineis
subtilissimis et ex parte panni cordi et stomaco
applicetur / de tremore ad accidentia dixit Auicenna
si huius tremorem cordis fuerit nausea que
non remouet vomitum est malum signum cum
tur et propterea si illic est relinque febris sti
mati in potu sumach coctum ablutum cum aqua
frigida deinde fructum cum ʒ p ʒ iii opium

ipsum euomat tamen corroborant stomacum
et si abhorret stomacum ʒ ii ponat grana
granatorum et ligant ambo crura et olfa
ciat camphoram et ponat super pectus pannum
infusum in aqua sandalorum alborum et ru
beorum et camphore et in stomaco ab humore me
lancolico valet electuarium quod sic fit Rx ma
stices spice cardamomi garioffili sinamomi corticum
citri ciperorum et subtilium basilica gario
filati mellisse pilealoes anisi emule
ana tritis et conficiantur cum sucoque de buglossa
confert et diamuscum amarum / Galenus vero dicit
interioribus quibuscumque sanis respiracio
contingit absque manifestis accidentibus de
tractione sanguinis iuuatur . si dato quod sint
signa plecoricus et maxime dixit Galenus si sub
tilibus dietis assuefecerit et sic dixit
quosdam omni anno hoc malum habere solitos
et breuiter bona dieta cum sola flebotomia
euaserunt in tribus annis et dixit tremorem
cordis in pluribus sanis et iuuenibus euenire
repentine manifestis accidentibus quibusque
contingunt sanguinis detractione iuuatur
et maxime si subtilibus dietis assueuerunt
hec enim duo sanguinis multitudinem re
plecionem et opillationem educunt

De Sincopi

Alhabas dixit quod sincopis est casus
virtutis simul et subita dissolucio
in qua homo relinquitur quasi mortuus
cum causis Auicenna reduxit ad octo que sunt reple
cio humoralis suffocans vel opillans / resolutio
spiritus per euocationem prouocans in stomacum cum
quod dissoluit materia complexionis confirmata
accidens magnum subito adueniens ut do
lor vehemens in aliquo membrorum corporis
debilitas membrorum principalium et primum cor
dis deinde cerebri deinde epatis applicando
aliquid rei . . . est contraria specialiter complexioni cor
dis et spiritus in venenum olfactus fetoris ma
gni et aer pestilencialis et mala
sine complexione mala composita cordis ab
arteriis et ascensus vaporum ad os stomaci et
sicut quod accidencia aut duobus modis in
ducunt sincopim quia aut extenuacione spiritus

et expansione eius ad exteriora sicut in gau
dio repentino aut in eius compressione et retrac
tione eius ad interiora quod contingit sicut in
timore dicunt quod nullus moritur subito ex ira
sicut ex gaudio nam licet velocior sit motus
spiritus in ira tamen in gaudio plures spiritus elon
gantur a corde quam in ira verum in processu et
longo spacio et magis paulatim multi mo
riuntur ex ira quia post iram procuratas producere
ad febres malas vel aliquas egritudines ex quibus
mors sequitur. Signa sincopis dixit haliabas
sunt extremorum frigus debilitas et frigiditas
hanelitus pulsus parvitas et color citrinus / Sig
na specierum sincopis vere que est illa que cor
dialis est privacio omnium operum virtutum vesti
tive et motive et non habet causam primitivam
et non invenitur in eo plenitudo aut opilacio nec
membris cordi comunicantibus lesio in stomacali
est nausea et conturbacio. Et alia signa
lesionum sunt sicut in cerebro sunt signa lesio
nis cerebri et in epatica sunt signa lesionum
epatis et in matricali sunt signa lesionum ma
tricis et sincopa ex vermibus sunt signa vermium et
eis dolent pungunt et strident dentibus et
clamat et aliquando emittunt eos. Signa sin
copis confirmate et irreparabilis sunt frigiditas
in toto corpore que significat ultimatam re
mocionem caloris et spiritus et tortuositas colli
et viriditas faciei que accidit propter ultimatam
caloris mortificacionem et fortassis post con
tractionem elevat caput suum et tunc moritur
statim. Ita vidi si fuerit ultimum de potentia ut at
trahat aerem et multociens accidit senibus
ut motus arteriarum quiescunt et cessat appa
rere et postmodum recipiunt virtutem arteriarum
et a morbo ad salutem redeant sicut vidit
bernardus garzonius in renzo nuncio curie
romano etatis lxx annorum et ultra qui a fe
bre cum fluxu redit ad salutem. Gordonus
dixit si veniat sincopis sine manifesta causa
et sincopis fuerit longa iam transivit in re
iudicatam. Cura sincopis irreparabilis autem est
preservans que debet eis ante paroxismum aut
curans eam et debet eis in paroxismo aut est
resumens ab eius impressione et debet eis post

paroxismum. Considerant etiam in sincopi ita
tertia quorum unum est ticium eius an debet
preservacio nam est dispositio media inter sanita
tem et ipsam sincopim et secundum est temporalitatis
quod est dispositio principium paroxismum et 3m est
declinacio ipsius que est medians inter ipsam et
sanitatem futuram. Et cura secundum tria dicta
tempora variatur tamen quocumque dicto tempore fiat du
perficit mixtio dieta et pocione. Et etiam die
ta quod pocio tempore paroxismi tota dirigitur ad
actus permittendo causam. Et quod plurimum
intenditur in paroxismo est ad abiectionem
resolucionis spiritus et ipsorum confortacionem
et restauracionem ipsorum et ipsorum attracti
onem ad exteriora et sic 4or sunt inten
ciones. Et quamvis Avicenna incepit a confortacione
spiritum ego tamen prosequar a prohibicione
exalacionis que complet cum irroracione
faciei et pectoris cum rebus stipticis frigidis
odoriferis et aeris infrigidacione et flabel
lacione aut maxime sit super faciem quia est
membrum discopertum et quia ad faciem multi
spiritus veniunt ne ab ea evanescant sed re
vocentur ad interiora cordis valet igitur aqua
rosata pura vel ipsa pura stipascita in
sincopi et valet flabellacio quia per eam
removetur aer acutus et frigidus subingreditur
magis quia aer flabellatus est frigidior
stante. Ista tamen facienda sunt duobus casibus
exceptis. Unus est si fuerit frigus forte
est in causa quia tunc apparet ut exterius appo
nantur alteratura calida. Secundus autem est
si fuerit fluxus ventris quia tunc inspissacio
exterius applicata est cum compressionis membrorum ad
intra que sic compressa adducit in fluxum. De
2a autem intencione dixit Avicenna oportet ut laboret
cum eo quod nutrit spiritum et confortat ex o
doribus applicatis naribus et fugetur cum
eis aer autem eligendo ex illis secundum causas cali
aut frigidi insufflacio musci in nares multum
valet in causa frigida sicut insufflacio violarum
et sandalorum citrinorum vel etiam camphore va
let in causa calida. Haliabas dixit da paciente
in paroxismo ea que sunt boni odoris ut anima
eius confortetur. De 3a parte quod est

ad regeneracionem spirituum dixit Avicenna detur
in potu ex vivificantibus virtutem sicut vinum
et aqua carnis Et detur vinum et alia alibaria
actu calida in causa frigida Et in calida actu
frigida propina. Galienus dixit halabas vinum
et panem confectum infusum in vino et confert brodium
galline bibitum presertim cum fuerit sincopis
ex inanicione et similiter aqua carnis
que multis modis potest fieri quidam enim carnem
crudam lotam cum vino aromatico vel aqua
rosata secundum disposicionem post incisionem
eius in frustra parva in alembico ponunt et
cum eis aurum et argentum vel aromata secundum disposicionem
et sententiam et sunt qui carnem et decoctam
optime conducunt et consulam cum brodio
distemperant et sic totum in alembico ponunt
Et sunt qui carnem accipiunt et ab omni pinguedine
et cute mondant et in frustra
simul cum ossibus reducunt parva et ponunt
in alembico vitreo vel alio vase vitreato
miscendo cum ea de aromatibus et auro
secundum necessitatem et os vasis cum pergameno
fortiter obturant ne vapor exalare possit
et sic obturatum vas in vase alio aqua pleno
ponunt et sub illo vase ignem accendunt
et bullire faciunt per horas 12 et tunc ab
igne deponunt et cum tepuerit vas in quo
caro posita est os eius aperiunt et totum
quod est in eo de succo accipiunt et reducunt
et tempore necessitatis exhibent tempore calefactum
hic tamen succus teneri debet parum quia sucus
est corruptibilis morans in aere presertim
tempore estatis / quidam carnes tamen diu bullire
faciunt donec caro sit ab ossibus separata
et brodium illud pro aqua carnis exhibent
et quidam accipiunt caponem et concretatum
cum lardo porci recenti lardant et in veru
ad decoquendum ponunt et in fine assacionis
aspergunt ipsum vinibus multis ex aqua rosata
et vino odorifero permixtis cum aromatibus
secundum necessitatem Et postquam decoctus est deferunt
coram egro actu calidum et ibi eum in
frusta dividunt. odor enim eius multum vivificat
virtutem et post exalacionem vaporis
ab eo in torculari comprimentes illum tum

succum qui ab eo effluit recipiunt et prius
ceat cum brodio altius pulli et exhibent
quoniam mire confortat ex eo virtus / Iterum
aqua perficit cum attrahentibus spiritum ad exteriora
et cum fricacionibus extremitatum ligaturis
constrictionibus et appone rubificativum super
eas / Gordonius dixit in paroxismo signis mortalibus
non apparentibus operamur sepe sicut fi-
cent extrema et fiant fricaciones dolorose
et ponatur eger in aere claro et vocet voce
alta nomine proprio et proiciatur in faciem eius
aqua rosata muscata. 4a est applicare
naribus odorifera et insufflare ea in eos calida
in causa frigida / et frigida in calida preterquam
in suffocacione matricis et post fiat administracio
vini sed discrecione. Si enim cum fuerit inanicio
detur vinum cum brodio carnium si cum fuerit calida
detur vinum frigidum cum aqua frigida et
in causa frigida detur vinum calidum in aqua calida
deinde aperiatur os eius cum cultello ligneo
et fiat fricacio lingue et dentium cum tiriaca
et pocione muscata. deinde apponatur sternutatoria
naribus / de speciali cura sincopis
dixit Avicenna si sincopis est a causa repletione
si possibile est expellatur et evacuetur
aut vomitu si fieri potest aut clisteri aut flebotomia
et aliis modis evacuacionum secundum quod materia exigit
disposicio Et ubi dixit cum accidit in plecione cum
qua amittit pulsus totius corporis et non moritur
sed apparet et iacet homo ille sicut
mortuus et loca magnarum venarum inveniuntur
plena et rotunda tunc aperias venam in
longum et dimittas sanguinem fluere ex ea
quia ipsa hora vivificatur eger / In sincopi vero
per stomacum si fuerit colera rubea mittendum
est in faciem de aqua rosata et fortiter
fricando crura brachia et plantas et
palmas et dandum est ei sirupum ibium et aqua
calida Et si quis in stomacho humor est vomitum
urge cum oleo olive et aqua rute et absinthii
sirupum porrige cum zucaro Et post inanicionem
exempla stomachum sicut cum sandalis rosis
et camphora et aqua urge pastoris Et si
humor fuerit flegmaticus utamur infusione aque
frigide super faciem et fricacione et ligacione

et fiat vomitus cum squabin melleo et q aq
in qua anetū et silia sint decocta et da
tition diamusco et epla stomi ex
aloe absinthio spica mastice cera et olo
nardino dix Gal vina vinū cū pane sup
nū ieiuno stomo prohibet cursus huor ad
stomacū et si fuerit humorum colica sit
vinū debile et limphatū et si sint flea
sit vinū aromaticū purū stipticū non fue
sit ut vernacia et confert sirup de menta
et sirup de agresta et si fuerit ex multitu
dine humor crudor da in potu vinū cu
rū vel citrinū calidū In sincopi fca a
calitate cerebri oz prius confortare cor
ne recipiat mas descendentes a cerebro
et confortare cerebrum et coe eius cu
ret igit cum cum hiis que dca sunt in cura
catum et in fcā a calitate epatis rectificet
compo epatis et aperiat opillaciones eius
et confortet digestiua in fcā pp dolores
fiat calefactiones membror paciētis max
ime solutiones fricationibus extremitatum
Contra sincopim dix Magr in pandectis cue
de abra Rx ambre ʒ i piloaloes ʒ s
ossis de corde cervi oia resolvat in aqua
rosata et fiat pille et propinet Cura
aut sincopis eueniet pp fleobotom est ut
cū fleobotom assueti sincopim pati sumat
confortatiua cor et stomi et resupine flo
bothomet q si in sincopi incidat appli
cent odorifera naribus eor et fricet et in
potu sumat vinum mixtū cū aqua aut cū
stiptico aliquo sicut est vinū granator et
citonior et si sincopis fuerit pp venena
curet cura venenū Et sincopis pp apostem
membror intrinsecor cura de morte eor du
bitare non debes Auic dix q in hora pa
roxismi sincopis nocivum est vinū absque cibo
et dare vinū cū aliqua decoctione cordi
ali Et sincopis fcā in febribus curet ut
dictū est de cura febris sincopal. Scias
q gariof bibitū cū vino multū valet
in passionibus cordis frigidis et bibitū cū
aqua rosata et aqua buglosse valet ubi
non est multa caliditas et cum sincopis

fca ab aere pestilenciali est ut transmutet
ille ad aerem aliū et regat regie qd di
ctū est in cao de preservantibus a pestilencia
paulus dixit si sincopis accidat in repletis
oz q cū possit fiat minucio vel alia
purgao sm humore peccante In sincopi
fcā a repletione sanguinea confert fleobot
et in fcā ab alio huore oz ut succurrat
ei in hora cessacionis casus virtutis cū
evacuatione et post solutione adminis bonū
et hoc corpe repleto contra affera me
menas compositas cordiales conferet cū
auxilio dei et ex eis est medicia
ne qd sic sit Rx zuchar rozati veteris
ʒ ii ambre purissime limature auri la
minis et margaritar an ʒ i incorpore
tur superfundendo modicū aq rosate
mistura et fiant ex eis boli 4or qr
unusquisque involvat in filo auri et sit
unusquisque dos una Aliud conferens
in passionibus a cū calida Rx lapidū pre
ciosor an ʒ s margaritar ambar ossis
de corde cervi corallor rubeor limatu
re auri et argenti an ʒ iiii croci been
albi et rubei an ʒ i cinamomi ʒ i seis
mellonis citruli cucurbite et cucumer
mondator an ʒ ii zuchari diabuglossati
an quantū sufficit ad incorporandū p
dcā dos ʒ s cū aqua rosata aut cum
vino albo debili limphato cū frigida
Aliud valet ad passiones cordis cum
frigiditate Rx succi maiorane succi mel
lisse et succi ozimi gariofolati succi
mente an ʒ vi depuret et inmerdant
in folia et cortex citri et flores citri
deinde bulliat par et colet et cū zuc
albo soluto fiat iuleb aromaticū cū
gariof et cinamomo Aliud utile qd
resumit virtute debile nutriendo et re
staurando spm Rx rosar rubear ligni ae
cinamomi et flor eius an ʒ ii macis nuc
cate piloaloes blance virgance mastic
corticū citri et seis eius rubar an ʒ i
folii been albi et rubei ʒʒ doronici o
zimi gariofolati seis zedoarie calami a

romana galange cardamomi ana ʒ s nardi
croci mac' ana grana xv ossis de corde
cervi margaritarum albarum jacintorum smarag
dorum zafirorum granatorum limature auri
et argenti corallorum rubeorum muscatalorum
ana ʒ j seminis melonis citruli cucumeris cu
curbite mundatorum pinearum mundatarum prius
in aqua calida infusarum amigdolarum dul
cium purgatarum fisticatorum canfori ana ʒ vj
conterantur omnia diligenter et conficiantur cum
lib. ij zuchari albi dissoluti in brodio car
nium bonarum et succi borraginis et fiat ele
ctuarium. electuarium autem de trociscis de spodio
confert ad pulsum cordis cum sincopi cum
calore cum fluxu ventris et colica passione
melius et tumore ℞ spodii ʒ v rosarum
albarum ʒ viij seminis acetose et portulace et
granatorum coriandri infusi in aceto et po
stea exsiccati mirtillorum ana ʒ vj pulpe
sumach ʒ ij berberis cassie amidi balaus
tiarum ana ʒ iij margaritarum albarum corallorum
rubeorum ana ʒ j ossis de corde cervi ʒ iij
sandalorum alborum ʒ j gummi arabici ʒ j s
conficiatur cum zuccaro agreste et cum aliquo con
ditorum stipticorum. Syrupus digestivus humorum co
lericorum subtilium et furiosorum ℞ trifolij
acetose endivie ortulane acetose florum
vel foliorum cucurbite florum nenufarum
violarum ana manipulum j corticum mandragore
ʒ s foliorum iusquiami albi manipulum s sandalo
rum omnium rosarum rubearum spodii florum borraginis
et buglosse ana ʒ iij decoquantur in aqua
sufficienti et colentur et in colatura ponatur
de zuccaro albo solido quantum sufficit et
acetosetur cum syrupo granatorum acetosorum et
aromatizetur cum sandalis citrinis et pau
ca canfora. Cum ipsum quia confert ad omnes pas
siones calidas et febres contingit. recessiva

De lacte coagulato in mamillis

Eas que egritudines advenientes mamillis
consideravit aut secundum dispositionem lactis
aut secundum substantiam mamillarum et que
sunt secundum dispositionem lactis dicuntur esse lactis
diminucio et exuberancia et iste non spec
tant ad cyrurgicum et coagulacio vel

caseacio lactis et putrefactio ipsius. Eue
nientes vero in substantia mamillarum sunt apostemata
et ulcera et fixure que eveniunt parvulis
ipsarum. Caseacio autem lactis fit quando pars serosa
eius separatur a parte grossa et hoc fit a cali
do et iste proprie caseacio lactis que licet
possit fieri alibi in mamillis ut plurimum tamen
fit in lacte iam multo contra mamillam contenti
proprie autem caseacio lactis est dispositio egra
de qua auctores proprie loquuntur cum de cu
ra ipsius determinant et est quedam lactis
ingrossacio constrictio et coagulacio vel con
gelacio que potest fieri a calido vel frigido
. Signa lactis coagulati in mamillis sunt
quia quando exprimitur mamilla lac non exit nisi
stillando et cum difficultate et cum mamilla
inflatur et indinatur et locus tumoris est
albus vel declinans ad albedinem vel lividinem
et tunc lac in ea coagulatum erit hoc autem
accidit et lactantibus et emporis posset
esse contingere non pregnantibus et pregnantibus
cum retinetur menstrua. Signa caseacionis
facte a caliditate sunt caliditas et inflacio
sensata in mamilla et membris vicinis
et sequitur cum hoc plurimum febris et gravi
tas dolor capitis et perturbacio mentis et pro
prie quando lac corrumpitur. Signa caseacio
nis facte a frigiditate sunt frigiditas mamillarum
et parum caliditatis et gravitas secundum pluri
mum maior quam in facta a calore et dolor est
remissior et mulier pigra efficitur. Cura
caseacionis a calore fit cum lenitivis em
brocacionibus et emplastris factis cum rebus frigidis
sicut oleo rosato et violato et mucila
ginibus frigidis et portulaca et solatro et
aceto. Nam acetum quidem est in utraque cum maxime
acutum et quoniam prohibet temporibus frigidis cum
predictis vinum album subtile et quoniam addit
modicum mirre ut iuvet penetracionem
et dissolucionem. Eius vero que fit a frigi
ditate cura fit cum embrocis et linimentis calidis
sicut cum oleo keyrino et anetino et me
ta ipsa contrita et malaxata et mamille
supposita est optima et maribium con
tritum solum vel cum aspungia porci inpositum

Emplastrum ex farina fabe et ovi[s] ... cum apostema et lactis coagulatum in mamillis. Ad dolorem et tumorem vitellum ovi ... ad sanandum ultimo. Item emplastrum thuris cum oleo rosarum et cimolea. Item camomilla ... emplastra. Coagulum leporis emplastrum cum aceto ... coagulatum. Item ... lactis ... emplastrum et sulfure et vino

et suppositum est expertum magis. Amplius que cumque coagulantur a calido discoagulantur a frigido et econverso ideo maxime attendendum est ad alteracionem contrariis faciendam coagulacionem. Rasis dixit quod fenugrecum more emplastri mamille non permittit lac coagulari et coagulum leporis suppositum mamille dissolutum in aceto lac dissolvit discoagulat. Recipe coaguli ʒ j. commisce cum pasta de farina frumenti fermentata et storace liquida et supponatur quia lac discoagulat et resolvit et dolorem cito placat. Si mamille fomententur cum aqua decoctionis caulium et ipsi caules emplastrentur erit res experta. Et confert fomentacio facta cum aqua vel cum vino decoctionis mellilotti et postea desiccetur et inungatur oleo cum calido cavendo ne tangat papillam que facit egredi lac et non sinet lac multiplicari in ea de cetero. Alumina dissoluta in decoctione calamenti aperit opillacionem causatam ex lacte. De hiis autem que faciunt lac non putrefieri sunt medicine non excedentes calidis sicut camomilla anetum et emplastrum ex eis vel oleum ex eis. Si autem lac putrefit tunc sumatur siccia et decoquatur in aqua tam diu donec dissolvatur deinde commisceatur cum medulla panis et farina fabarum et oleo sisamino et supponatur. Aut supponatur emplastrum factum de pane et parietaria et oleo rosato et ebriaco. Confert factum ex decoctione ... cum ... et camomille. Quando pacientes non possunt tollerare gravitatem emplastri quod si sic evenit non potentes tunc fiat aspersio cum ferro et aucto ... apostemata mamillarum. Et dicunt quod aqua post decoctionis caulium confert ad dissolvendum lac et sanguinem coagulatum in mamilla. Similiter illud facit potus aceti potus oximellis ... cum oximelle bibita.

De apostematibus mamillarum

In hoc capitulo loquimur de apostematibus evenientibus in mamillis a materia humorali et non ex lacte putrefacto quia ex eis dictum est in capitulo precedenti. Primo ergo fiunt apostemata ventosa et aquosa cum in mamillis raro vero ... rissime fiat. Apostema igitur mamillarum aliud est colericum aliud sanguineum aliud ex eis mixtum aliud ex eis sanguine et flegmate puro et est illa que sepius eveniunt et fiunt sepius per viam congestionis. Alia vero apostemata fiunt per viam defluxus. Materie autem fa cientes apostemata quandoque sunt puri humores quandoque permixti cum lacte quod non egreditur et multociens lac ipsum retentum facit ut ad mamillas defluant alii humores et apostemet eas. Quandoque autem fiunt apostemata per viam crisis aliud per viam tracionis. Cause autem fluxus ad ipsas quandoque sunt mala complexio in eis et membris adiacentibus calida quandoque debilitas ipsorum cum non repellunt materias fluentes ad eas et quandoque repleccio totius et maxime epatis potissima tamen cum est retencio menstruorum propter naturam et propter consuetudinem aut paucitatis ipsorum et propterea sepe fiunt apostemata ex eis in mamillis. Signa cuiuslibet specierum dictorum apostematum sunt hec prout ex multociens dictis in omnibus est generalis manifeste sensata et in calidis ut plurimum adest febris et dolor. In frigidis vero non febris neque dolor de quo sit curandum nisi superveniret. Discernitur autem inter apostema frigidum mamille et curacionem lactis quia non exit ex mamilla lac apud curacionem compressione nec apud approximacionem lac fluidum tamen lac coagulatum. Propterea tumor in curacione est equaliter in tota mamilla cum quadam lucidi tate. Apostema vero est in aliqua parte tamen. Cura in triplici perficitur instrumento dieta pocione et cyrurgia. Et dieta debet esse tenuis facilis digestionis paucе quantitatis parum nutriens et in omnibus ex rebus non ... conveniens ad oppositam qualitatem cause facientis apostema. Pocio compleatur cum evacuacione per flebotomiam et fluxum ventris sive materie et cum provocacione menstruorum aut flebotomia saphene et cum divisione materie. Et maxime cum apposicione ventosarum super femora et pectinibus mat ... et in coxis et cum fricacione ipsarum forti et ligaturis dolorosis et compleatur retencio membri mandante si in ... et al-

termcione male cplexionis si aqua fuerit i ma
millis et deveniendu est ad curam apatis
quia si ma fuerit calida et fuerit i pri°
appone repercussiva mixta cum resolutivis
nisi ma fuerit expulsa a corde ad ma
milla et nō fuerit p viam crisis quia ulla
tunc debet fieri repercussio In cura aut q°
repercussiva cōvenit ponatur empl qd' fit
bolo armeni aquacie spodii sandalorum lu
ti sigillati cum terantur subtiliter et incorpo
rentur et distemperentur cum aqua rosata aqua
mirti solatri et aceto et epithimetur cum
eis mamilla vel supponatur more empli · nicola
us putat nō esse huiōi repercussivum appli
candum sup mamilla apata sed admistra
du i circuitu eius ad prohibendum fluxum
nisi i cura ubi fortis dolor fieret i
capite mamille · de appropinquandis igitur i
pri° apatis calidi mamille st folia malue
et blete i decoctiōe vino decocta · toti omi
coquassatum cum oleo rosato et suppositum
Et de convenientib' est fomentum factum ex
decoctione malue blete mellilot fenu
greci camomille mellilot seis lini et aneti
et cum eis fiat empl et cum ultius procedi
tur apata suppone resolutiva plus addito
modico asse et cera In declinatiōe ponatur
empl qd' fit panis tritici contriti furfure
fabarum farine fenugreci radicum altee
cum ℥ j · asse fetide ℥ ß · mirre ℥ ß · cro
ci ℥ j · et quatuor vitelli ovorum et confician
tur cum melle · Si vero apata frigidu fuerit
ad augmentum est empl de fermento de
cocto i vino quod est dissolvit apata calim
sequens ad coagulacione lactis Et cum
ultius processerit decoquatur furfur i oleo ca
momille et aneti et valet empl de fimo
bovis recenti et stercore de fimo caprino recenti
Cum aut apata flegmatica fuerit ad statum et
declinacione confert empl qd' fit
stercore caprini recenti ℥ ij farine fenu
greci florum camomille assari mellilot ana
℥ j · bdelii asse fetide oppoponacis ana ℥
ij dissolvatur gumme i succo pa piralis et
conficiantur ex oibus empl / Quod si apata fuerit

fuerit durum confert in pri° empl fcm
ex riso infuso i vino aut confecto ex ce
rota fca ex cera et oleo rosato et al
kanna et confert vinacia quam post eius cale
factione actualem unxerit cum ea fera
pr salis et supponit et confert stercus muris
cum aqua dissolutum et inunctum et farina
orobi cum melle mixta supposita mollifi
cat apata durum mamille et resolvit si aut
apata fiat corrupta tunc maturativa est et de
confertentib' i apatis calido est empl fcm
ex altea et seie lini et fenugreco et
farina sisami cum oleo sisamino vel de
lilio · si aut apata fuerit frigidu confert
empl fcm ex caricis albis pinguib'
contritis cum butiro et aqua calida aut
cum emplo quod sic fit Rx radicum apii et
altee ana ℥ j · farine tritici fenugreci
et seis lini et mirre ana ℥ ß · incorpo
rentur cum melle fcm maturatiōe aperiatur cum
ferro aut cum emplo qd' sic fit fimi co
lumbi et ipsorum ossa extrahe deinde aqua
calida superinfunde et butirum recens et deco
que miscendo et superinfunde fimi ovinum
et columbinum diligenter trita et diligenter
coque donec ad forma empli deveniat
et suppone · aliqui aut supponunt limaces
contritas cum testis suis aliqui urtica
contrita aliqui ponunt granum arsenici poi
tum i cera quam consumat · fcm corruptione
curetur cura ulcerum Et Aviceñ posuit medi
cinam optimam convenientem ulcerib' mamillarum
et aliorum membrorum molium sicut os et lingua
prohibet corrosione qd' sic fit sumatur
vini pontici ponderis lib xx et ponatur in
ipso de sumach rubeorum lib j · et gallarum i
maturarum lib ß · de cassia lignea lib ß · et
de nucib' cipressi lib j · et dimittatur i ipso
dieb' xx · deinde coquatur cum lignis cipressi
et commoveatur donec minoretur medietas
deinde commoveatur fortiter et coletur et redu
catur ad igne et calefiat sed ignis sit
lenis valde et reponatur i vase vitreo aut el
lana assa et masticata supposita valde
convenit et de convenientib' st folia came

diros emplastrata et virga pastoris con
fert apa[ci]b[us] calidis ulcerantis et emplm̄
fcu[m] d[e] farina ciceris cū aceto cōfert ul
ceribus mamillarū cancerosis et infusio
lupinorū sup[er] infusa confert corruacōi
et lutū armeniū cū aceto prohibet am
bulacionē ulcerū · fistulā euenientē in
pupill[is] mamillarū sanat pulvis testudinis
marine cōbuste subtilit[er] cribellata inveti[ca]
i[n] corporibus duris cū albumē oui et i[n] cor
poib[us] teneris cū lacte et valet ad cas
et ulcera et corrosionē mamillarū et testicu
lorū et emoroydarum q[uo]d sic fit ℞ nuc[um]
cipressi gallarū cassie lignee añ ʒ · ij · aloes
corticū thuris añ ʒ · iij · pulverizent[ur]
et distempent[ur] cū vino claro trib[us] die
b[us] et trib[us] noctib[us] et postea bulliat sil[iter]
usq[ue] ad spissitudinē mellis ex eo ulcus
lavat[ur] · si aut[em] mamilla fuerit fistulata
lavet[ur] cōtidie cū vino puro calido i[n] q[uo]
bullierint murta et postea desicat[ur] et de
i[n]de pulverizet[ur] sarcocolla et aloes et
misceat[ur] cū melle et ex hoc i[n]voluat[ur] te
ta et i[n]mittat[ur] i[n] orificio fistule et est
ei securū et expertū Aliud conveniens
ad duriciē et nodos et glandulas ma
millarū ℞ dragagant et gummi arabici
et vitellos ovorū et oleū violatū et mis
ceat[ur] et fiat emplm̄ et si fortius opari
volueris liq[ue]fiat pix et cera i[n] oleo ro
sato et addat[ur] fellis et stercoris colu
bini et feces vini antiq[ui] et fiat eplm̄
// Cum sincopis cor[d]is qui i[n] diariis et cole
ricis et aliis multis et i[n] pectinis enormiba
expolimitur et dixit Gal[ienus] p[ri]mo
ad Glauconē aqua frigida aspgē ut virtus
co[n]fortetur et naris applicede et fricare
os ventris et p[ro]vocare vomitū et agitare
stomachū digitorū ac penarū i[n]mussionib[us] ac
eē manus et crura ligare et oportz liga
turas eē plures et fortiores i[n] manib[us]
qu[am] p[er] partes inferiores sit evacuacio sic i[n] moro
ydib[us] et dyariis et quecumq[ue] p[er] inniguas
mulierū evacuat et econtra que p[er] na
res et vomitus fiunt nō tunc plures et for

vel
Ad ulceros[as] flegmones mamill[arum] optim[um]
est unguentum ex fuligine plumbi cum oleo Ad
[illegible] [illegible] fort[e] [illegible] sal [illegible]
et fit empl[astrum] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Ad [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

nores ligature sunt circa fiat et bal
neū est eis co[n]veniens et avic[enna] dixit q[uo]d me
lius medicamine nodorū et glandularū i[n] ma
milla evenientiu[m] ē ut sumat[ur] folia psi
lii humida et folia vite humida et co[n]
terant[ur] sil[iter] et cū eis fiat emplm̄ 29
de p[re]servatione a peste
P Reservatio a pestilencia fiunt decem
canones p[re]stat quorū p[ri]mus ē regi
men fugere pestē quia i[n] oib[us] oz 3
regimē eē contrariu[m] vn̄ si cū fuerit sola
mutacio aeris ad qualitatē sine putredi
ne et fuerit calida adminstra frigida et
econtra et sic i[n] aliis qualitatib[us] Aeri 4
vero i[n] sub[stanti]a corrupto resistendū est cū eva
cuacionib[us] utilibus et cū resistentib[us] epi
dimie a tota spē et utat[ur] frigidis et siccis
cibis sic aceto et aromatizare aerē cū 4
rebus resistentib[us] putrefactioni sicut
cū costo storace et galbano et terbentina
cui inest proprietas in hoc cum et tiriaca
maior isti tpi multū resistit sumendo
ab uno denario usq[ue] ad ʒ · j · et post nō
debet comedē nisi celebratis i[n] oibus
membris digestione et fiat sp[aci]o nove hora
rū bolus armeni et terra sigillata i[n] aere
pestilenciali magnū p[re]stat iuvamentū et
dixit q[uo]d ex aloes pt[e] · ij · croci et mirre pte
j · oi die poc[ula] ex · j · drachm[a] sumat cū
ʒ · j · vini aqua mixti sed i[n] corrupcione 6
temporis calidi debet eligi loca alta i[n] q[ui]
bus regnet ventus septentrionalis aerē
modificans et si corrup[tu]s sit sic i[n] tota sub[stanti]a
habitandū est i[n] locis cavernosis et vitare
fructus pisces et oēs carnes except[is] car
nibus volucrū minutarū et sunt hoc
tempore res vere lenificativas ut tama
rindi viole viole cassia manna illud at
quod maxime et potissime valet i[n] oi pesti
lencia ē relinquere aerē infectū et parum
infica quod melius eēt et ire ad aerē
nō infectū et mediu[m] qui si sit modifi
catus fuerit post recepti[on]e infectionē ma
gis eligendus q[uia] aer q[ui] medius est sed q[uia]
hoc fieri nō est multis commoditas ideo p[er]s —

uacione indiget ut

preservatione indigent ut dictum est in primo
2 2us canon est ut consuetur natura et dispositio v
niuscuiusque corporis preservari ut si sit similis aeri
pestilentie alteretur ab illa si vero dissimilis
et contrarius consuetur in ea et hoc dicit
Gal. primo de differentiis febrium oz in v
3 niquaque aer / 3us canon est ut observetur
tempus preservationis et considerent si pestilen-
tia iam incipit cum solum precesserint signa indica-
tiva eius futura non tamen adhuc incepit sed
sola suspicio est quia quedam sunt in tempore
suspicionis que non conveniunt in tempore presen-
4 tie pestis ut apparebit · 4us canon est ut
unusquisque caveat sibi ne approximet ali
cui rerum non naturalium vel preter naturam de
cuius potentia sit ducere corpus contra latitudinem
sue sanitatis ymo nec contra latitudinem
5 sui temperamenti · 5us canon est ut unusquisque
quantumcumque sit contrarie dispositionis dispositionem
cause facientis pestilentiam custodiat omni tempore
a mora in locis fetidis et immundis et ca
veat conversatione multorum et eorum maxime qui
sibi debito non providerunt igitur ut visitatio
infirmorum et mortuorum et fugiat omnis ti
mor et cogitatio de pestilentia et morte
tum et infirmatum locutio et memoria
et a coitu et a rebus difficilis digestionis grossi
6 nutrimenti · Sextus canon est quod in omni pestilen-
tia eligendus est aer qui sit liber et cla
ritatis ita quod est in pestilentia et inbiositate
caliditatis aeris fugiendus est subterra
neis et cavernis et speloncis constrictis
quamvis sit situs et sua frigiditate resistat
ac insuper in omni pestilentia debet aer preclu
rem carnem rectificari cum rebus odoriferis
declinantibus ad calidum vel frigidum secundum dis
positionem aeris illius sternendo et irrorando et
suffumigando et eligat odorifera grata
ita quibus delectetur homo vivat letus in
gaudio et ludis dicunt quidam quasi tutores
parentibus morbos pestilentiales debet ali
quid de aleo comedere et parum de vino odo
rifero mane bibere ut non ledatur ab aere
expirato ab aliis · dicunt maxime sibi ca
vere debet habitator aeris sani intrare
ad aerem infectum et si intrat magis sibi
debet providere et amplius et fortius conque
conversatus est in aere infecto cuius causa est ut di
cunt maior contrarietas que est inter ipsum
et aerem infectum propter quam contrarietatem
maior et potentior invenitur actio · qui autem
in principio in aere infecto est commoratus propter
assuetudinem et simbolicitatem acquisitam non
7 sic patitur ab illo · Septimus canon est ut unus
quisque conetur abstinencia bonis laudabilibus
et boni nutrimenti facilis digestionis moderate
quantitatis quorum qualitas sit contraria quali-
tati aeris in quorum usu nulla sit inordinatio
cum quotidiana omissione superfluitatum prime
8 2e et 3e digestionis / 8us canon est ut nul
lus habens aliquam consuetam evacuationem eo tempore
restringere eam presumat nisi immoderate fluens
virtutem prosternat sed ipsam in sua consue
tudine conservet et si constricta fuerit illam
provocare festinet et quod plus est sta
bros et ethica et sites pacientes cotidianes
illis temporibus non debent curari ab eis vin
cipium est quod artetici pacientes minimalis
ex pestilentia moriunt sibi comparantibus propter hu
mores continue fluentes a partibus nobilibus
9 nobilibus ad loca guttarum // Nonus canon
est quod in omni pestilentia potissime circa cor
attendendum est cum cordialibus intus et contra
approximatis superius ex calidis et frigidis
10 secundum necessitatem oppositis cause · Decimus
canon est unusquisque utatur rebus et medicinis ha
bentibus proprietatem resistendi venenis et
preservandi corpora a pestilentia de quibus
est fumigata sive calida et frigida prout
requirit oppositio aeris et de frigidis bonus
bol. ar. est bolus armenus secundum artem in aqua rosa
ta et superius cum vino granatorum vel aliqua
ex rob frigidis acetosis cyclos 3. 1. quolibet
mane aut sumatur loco eiusdem de luto ar
coral. meno et de confectio corallorum et tasseda
lorum · de calidis autem bonum in omni pestilentia est
tasan semen citri et cortex eius et metrida
frac tum et diamuscum et tiraca super omnia valet
quamvis esset cum pestis sit calidus aeris et ei
consumit omnes superfluitates et resistit putrefactioni

et sua proprietate depellit malicia putredinis
et eius venenositatem. verumtamen quod fuerit a
calido os quod inius et in parva quantitate detur
et cum rebus frigidis alterantibus ipsius caliditatem
et iuvantibus ipsius proprietatem sicut cum succo
granatorum vel acetositate citri et sic dari
poterit in causa calida et temporibus calidis
secure. sic etiam dicta operatur a sua forma contra
venenositatem pestilencie non calefaciendo quod
est quia res in parva quantitate superata a qua
litate modicum operatur esse si sive alterantibus
bus sua qualitate superatur seu a forma
operatur multum. nam qualitas ad egrediendum
multum indiget qualitate magis quam forma spe
cifica ut bene notat Gal. 3o de interioribus
et adiuvat ad retinendum eius lesionem
sua caliditate exhibicio eius in hora frigidiori
et confusio igitur ad continuum sue caliditatis quod
si primo aliqua lesio sua caliditate inferret sus
cepta est eo quod parva sit . tiriaca sive magis medicina
mentum ipsa etiam sola in pestilencialibus constitu
cionibus auxiliari est potens hiis qui occupa
tur a peste et qui eam prebibunt nequaquam si
nit eos a pestilencia occupari. et eos qui ante
apparuerunt pacientes sanari posse disponit.
Et Avicenna in libro de viribus cordis securum
efficiat utrumque ab incursu pestilencialium fe
brium. dixit Guielmus qui etiam utitur tiriaca
de 3o in 3m in aurora in tempore pestilencie
cum vino de granatis vel aliis rebus frigidis
securus est a peste. dixit Avicenna 4o canone
et illis qui utuntur tiriaca tempore sanitatis
non nocent venena et non impediunt in
eo nocumenta et fiunt securi ab egritudinibus pes
tilencie. Considerent autem medici si pestilen
cia sit a deo ut fuit temporibus nostris in anno
domini 1348. et post in anno 1363. et post
in anno 1374. in hiis etiam annis non appar
uerunt cause notabiles nec signa earum pestium
et in primis recurrat ad deum ut sapienter
scripsit Avicenna 4to medicina sunt celo primo
dixes propter hac causa prosunt hominibus omnes
sacrificia et letanie. Si autem viderent me
dici pestilenciam esse a terra propter causam in visce
ribus eius occultam ex signa erunt quod animalia

sub terra accubencia a cavernis suis egre
diuntur et fugiunt et ex eis moriuntur plu
rima et vadunt versus loca alta et ante
videntur vermes subterranei multiplicari
et videntur fruges et fructus mali saporis
aut insipidi et non sequitur tunc ergo causa
habitaciones locorum inferiorum et vallium et
custodiam animalium quadrupedum et fu
giunt illius anni et illius loca et usum aque
puteorum et querere habitacionem in locis al
tis eventatis et in solariis altioribus domo
rum et vitari aquas fontium ex sumitatibus mon
tium et comedere carnes volatilium et fru
ges et fructus a preteritis annis conservatos. quod
si medici viderent animalia aquatica se ma
le habere et videntur ranas et cancros
et hiis similia multiplicari contra aquas et
ad eas non redire et viderit aquatica vo
latilia se male habere et mori et aquas
fugere et videntur carnes post eorum cap
tivam corrumpi statim et mali odoris et
et saporis tunc sciat quod pestilencia est propter
maliciam aque tunc ergo caveat habitaciones a
que vicinas et loca limosa et paludo
sa et valles et balneaciones in aquis dul
cibus et maxime earum potum. Et si non fue
rit ei possibile rectificet aquam cum rebus
prohibentibus ipsarum nocumenta. unde par
ticula dixit zoar misceat cum aqua et succo
mabum et iunaturum et conferunt granata
dulcia acetosa et unza agresta limones
et subdit zoar et rectificacione aeris in ista
et ordinacione cibi procedendum est sicut
in pestilencia aerea. Cum vero medicus
non videant signa pestilencie in aere terra
vel aqua viderit autem ut vel morbos
male materie multiplicari et homines ves
ci cibariis malis sicut in temporibus penurie
sciat quod pestilencia illa est ab humoribus ma
lis in corpore congregatis et in naturam veneni con
versis tunc ergo prebuerit a cibis et confert
tiriaca et metridatum. Cum autem viderit signa
in aere multiplicari ut stellas cadentes ig
nes sitientes in aere et multiplicari au
strum et subsolanum paucitatem pluvie in vere

3us corrupcio aque

cum frigore et aere alterari multis vicibus
in die uno de caliditate in frigiditatem et equidem
aut de claritate ad turbulentiam et in illo
die sol oritur clarus et die alio con
turbatur absque alteratione ad claritatem
et oritur tunc sol conturbatus et cum oritur
oritur in circuitu solis nebula que est ut
pulvis et tunc fugiendus est aer altus et eli
genda est habitatio in locis umbrosis et
aliis depressis non tamen paludosis et recenta
tis et quodcumque sit probatio aliqua perficiat
instrumento conclude ignem et qui continue sit
Ignis accensus ignis in cameris sine fumo et
lignis ultime stans et si estus fuerit ig
nis appropinquandum non est nisi pro spa
cio de mane et temporibus nebulosis et
pluviosis et si fuerit yems igni approx
imet secundum frigoris quantitatem nec aliquo
tempore ab igne in modo camere careat
ad aerem conversum ne metus potorum inin
fictionem ab igne fiat · fiat autem ignis
in yeme cum lignis odoriferis ut lauro
iunipero abiete pino tamarisco cipresso
rosmarino in estate cum mirto et cum ramis
salicis et sint camere spaciose interdicas ab
omni fetore in quibus serventur odorifera
vel in yeme maiorana menta salvia ros
Suffumigatio marinus · Confectio ad suffumigandum val
de bona temporibus frigidis sic fit Recipe laudani
unciam ʒ i ebeni mastices olibani ana
ʒ ß gariofili macis croci grana tinctorum
ana ʒ i gallie muscate ligni aloes been albi
et rubei calami aromatici corticis citri ana
ʒ ii incorporentur hec omnia simul in mortario
cum pistello calido prius tamen tritis teneris
vel cum thure solo et teneat in manu po
Pomum mum quod sic fit Recipe laudani ʒ ß storacis
calamite ʒ ii mastices ʒ ß gariofili macis
muscate croci ligni aloes ana ℈ i ambre
℈ ß musci dissoluti in aqua buglosse vel
vino odorifero grana v · conficiatur cum
hiis in mortario cum pistello calido ponitur
in modum pile rotunde quod frequenter mani
bus confricatum naribus applicetur in es
tate vero serventur in camera rose viole

folia vitis et salicis et mirti et maligra
nati et renovetur cum eis frequenter frequenter
in aqua rosata ana ʒ ß sandalorum alb
et citrinorum rosarum rubearum foliorum mirti
corticis granatorum gariofili croci corti
cis citri camphore ana ℈ i musci dissoluti in
aqua rosata grana v · fiat ut supra In
temporibus mediis misceantur predicta quoniam
Cautela visitantium contingat quandam sponte vel coacti in
firmos visitare prius eorum cameris ingre
diatur iubeat eas mundari ab omni re immun
da et fenestras aperiri et cameram suffu
migari cum hiis que rectificant aerem infirma
tum moderate utendum est sompno et vigi
Balneum liis et fugiat balneum aque dulcis abstine
at a cibis humidis et calidis potentia et
cibis putrescibilibus et mali nutrimenti ut
sit panis bene fermentatus / cibaria de
Carnes pasta carnes grosse carnes humide et
animalium in aquis degentium et carnes salite
et fungi pipiones carnes porcine tarte
Lac caseus pisces et similia lac et caseus pisces lacunales
Vinum fructus fugiat mustum et vinum grossum
turbidum vinum quo utendum est sit rubeum
ponticum equaliter lunfatum · nullus tamen utatur
cibis aut potibus actu calidis ymo actu
frigidis et non utatur eis cibis nisi cum mul
Separatio ta separatione sic cum acetosis famis et sitis
nullo modo est tolleranda quoniam tolleratur
Fames fames stomachum putridis replet humoribus
et tollerantia corpus inflamat · Conve
niant autem omnis panis bene fermentatum et
coctum et a corticibus combustis mundum col
lectum in locis et temporibus sanis et parum
Aves salis habentem et carnes fasianorum perdi
cum gallinarum pullorum qualearum turturum et
avium minutarum et carnes edorum agnorum an
nalium et utendum ova sorbilia in aceto et
agresta decocta et dicit in yeme comedere
Herbe ex herbis salviam maioranam mentam melissam
rorem marinum et betonicam. Et acetum est optima
resistit enim venenositati et putredini ae
ris mirabiliter et in estate convenit comedere
endiviam portulacam lactucam borraginem
et acetosam hec enim est mirabilis resistit enim

sua proprietate venenositati aeris Ex
fructibus in hyeme sunt capperes et pas *fructus*
sule et in hyeme apparent oes ubi assatu
nullus audeat se replere cibo et potu
et sit spacium inter uenes inter unam et ali
am cibacione ab octo horis usque ad x *hoc cibacio*
hoc est tempore completa est digestio ubi pas
sumpti sunt pl^m julep bonum quo unusquisque
uti debet temporibus calidis defendit et
tuetur a pestilencia estiua et etiam inuasiones
a febre uel antrace cum auxilio dei iuuat
et curat ℞ endiuie lactuce sccariole *julep frigida*
acetose borraginis buglosse ana ℥ m. i.
seminis portulace endiuie et acetose et seminis
citri mondati ana ʒ i. rosarum rubearum vi
olarum florum nenufaris florum borraginis
et buglosse ana ʒ s. florum rosmarini
ʒ ii. infundantur in aqua sit lib. vi. et
dimittantur sic duobus diebus deinde omnia
simul cum ipsa aqua ponantur in alembico
et distillentur et postea ad omnem libram illius
aque ponantur ʒ vi. zucchari albi et ace
tositur cum acetositate citri uel succo gra
natorum acetosorum uel limonum uel uberorum
et aromatizetur cum puluere sandalorum rubeorum
spodii etc. et in fine decoctionis addatur
aque rosate ʒ iii. dos. ʒ ii. cum aqua
frigida julep. Aliud bonum quo debet uti *Ad tempus frigidum*
unusquisque in temporibus frigidis ℞ betonice
scabiose camedrios acoree calamenti ma
ioris ana m. i. corticum citri et seminis eius
mondati ana ʒ i. zedoarie been albi et
rubei calami aromatici sticados ana ʒ ii.
libre et species contuse in aqua ponantur que sit
lib. vi. et dimittantur sic duobus diebus
deinde omnia simul cum aqua ponantur in alembi
co et distillentur et postea ad omnem libram
illius aque distillate ponantur ʒ vi. zucchari
albi et ʒ s. aceti acutissimi et fiat ju
leb et aromatizetur cum puluere garioffilorum mac
cardamomi etc. ligantur in pecia que sepe
in decoctione constringatur et est utilis in fe
bribus pestilencialibus lente caliditatis. //
Per ista tamen at potioris maxime sit preseruatio
a pestilencia cum flebotomia et solutione uentris etc. a-

lius modus euomi sunt eorum genera medicine et uen
tris / unum vero necessaria est flebotomia et maxime consue
tis fieri et floan et his in quibus constricta
est aliqua sanguinis euacuacio et omnis pletoricus
in quo apparuerint dominium sanguinis inuenien
dus est precipue calidus et pre... et si propter
aliqua causam flebotomia fieri non poterit mi
nuatur sanguissugis appositis uenis emo
roydalibus aut cum uentosis naribus ap
plicatis Et si alterius humoris dominium signa ap
paruerint ille cum competenti medicina euacuetur
ita tamen quod interea fiat euomis et fiat cum
medicinis lenibus de melioribus aut medicinis
hoc facientibus sicut pille de aloe quas
scripsit Rasis 4to almansoris Et dixit u
nus antiquorum phisicorum scilicet Rufus quod si due
partes aloes et croci et mirre uniusque
uncia pars et detur ex eis in principio morta
litatis cuiusque xiii. accipiunt singulis
diebus cum ʒ i. uini temperati maximum
affert juuamentum Et affirmat ille se ne
minem uidisse hanc medicinam in principio mor
talitatis bibentem qui non euasit Et Aui
cenna dixit quod hoc est medicamen juuatiuum et
sumatur ex eo omni die ʒ i. Contra ex hoc
medicine constant pille cum uino et cum
uino debet accipi et dosis earum est a ʒ i.
usque ad ʒ iii. Et si bene consideret sim
plicia has pillulas componencia uere juua
tiue sunt cum sua euacuacione superfluitatum et hu
miditatum corruptarum et sua prohibicione
et corrupcione et sua cordis et principalium
membrorum confortacione et uere hinc me
dicine numquam est compar. Coleia tamen et hita
tes regiones calidas et fortes labores
pacientes et pacientes fluxum emoroyda
lem ab eis abstinere debent maxime in tempore
magni estus quorum loco uti debeat pillulis
uel medicinis mirabolanorum Et ego dictus
Nicolaus Florentinus tempore pestilencie que hic
fuit in anno 1374 estiuo tempore addidi
non nulla alia et composui pillulas sub hac *pill Nicolai*
forma ℞ mirre croci boli armeni co
rallorum karabe ana ʒ i. mirabolanorum
emblicorum ʒ ii. aloes ad pondus omnium constat

cu vino et inveni i eis juvamentum manifestum
apud intentes puto aut cum regimine super
dicto pristino posse evadere a pesti
lencia. Sunt aut quidam qui consulunt a principio
infectionis aeris homines transire ad aerem
sanum sed in processu non consulunt eos tran
re dicentes eis deterius esse et transire ad aerem
sanum quam in ipso infecto et consueto morari
arguunt de multis et ex experientia qui
discedentes tarde de loco infecto quem prius
attigerunt locum sanum infirmati et mortui
sunt quod ideo dicunt contingere quia natura senti
ens auxilium aeris modici insurgit contra
materiam contra quam in aere infecto non adiuta
non insurgebat. Materia aut illa mota
a natura irritata fortius contra naturam mo
vetur et eam interimit. Alii vero consulunt
quod tam in processu quam in principio bonum sit
discedere ab aere infecto et transire ad
aerem non infectum ne ex diuturna ad non
infectum actione aeris infecti pervertat
et fortasse dominus nicolaus florentinus consilium
eorum est melius consilio post

De extenuatione renum

Quandoque aut renibus accidit ex
tenuacio seu macies sive ethi
ca et diminuitur substantia renum un
de non remanet pinguedo circa eos cuius causa
est mala complexio sicut plurimum calida que postea
perducit ut plurimum ad malam complexionem frigidam
renum et quandoque est siccitas magna renum
et quandoque fit post nimium coitum et post ni
miam purgacionem per urinam sicut accidit
in diabete. Signa eius sunt dolor in dorso
non fortis cum extenuacione corporis paucitas
desiderii coitus multitudo urine et albe
do eius ex sicitate doloris capitis debilitas
virtutis cum vaporibus malis. Cura eius est
morari in aere temperato ad humiditatem declive
cum omni gaudio quiescat et recubat in
lectis mollibus non resupine abstineat a ci
bis siccis acutis salsis et acetosis vinis
antiquis acutis fumo et siti et evacuacionibus
comedat carnes pullorum et gallinarum pin
guium edi agni pinguis animalis epata gal
linarum testiculos gallorum ova sorbilia in
pinguet cibi eorum cum adipe gallinarum et
anserum et renum edorum si fuerint macies cum
caliditate det lac in potu recens cum zucharo
et semen papaveris album et diuretica frigida si
da cum caliditate. Sed in frigiditate comedat aba
ria cum diureticis temperate calidis comedat
panem calefactum nuces avellanas fabarum faxiolorum me
dullas avellanarum pinearum et amigdolarum
cum zucharo et res que fiunt impinguari
renes anamomum galanga cum miscetur
in cibis eorum balneetur in decoctione capi
tum arietum impingat renes cum hoc un
guento Recipe mucilaginis passularum ʒ i olei
violacei et rosacei et de cucurbitis et de
amigdolis dulcibus ana ʒ i s sanguinis
testudinis et adipis eius adipis galline
et porci recentium butiri vaccini recentis
ana ʒ i conficiatur. Conveniunt cibi et
medicine que addunt in spermate et sunt que
restaurant ethicam et conferunt evacuacioni
ventosa et confert cristere Rasis septimo
post continentis in sua parte superhabundancia eva
cuacionis et spermatis vel ranicaonis Recipe
aqua cicerum coctum deinde adipe renum
caprarum medullam ossium ovium cum testicu
lis arietum equalia lactis recentis quartam partem
ovi butiri cocti et adipis caude et oleum
granum vide ut conquassent ad invicem et fiat
cristere et ubi assit caliditas fiat cristere
ex aqua ordei et oleo cucurbitino cum bro
dio pingui arietis. Cristere utile in dispositione
frigida Recipe capita agnorum pinguium po
nantur in olla et cum eis ponatur lib. i s
aque et claudatur olla cum luto forti et
ponatur in furno per quantum xxiiii ho
ras vel quousque separetur caro ab ossibus
per se et permisceat in eo butirum et oleum
sabucinum et parum succi porrorum et cum de
coquitur ponatur in eis coralli et tribuli
et consolida maior et fenugreci et seme
papaveris nigri et succus et cum fuerint
uariz plus calefice ponat i illo oleum
de cana et de costo

De exitu de ĉra pest
Rang et debet ime in c de renum
Signa
Vngt
Clister restaurativus
Aliud

De ventositate ventris

Ventositas in renibus generant grossa cor comedens cum signa sunt do
lor extensivus absque gravedine cum
perforatione signorum lapidis et colice et fit
in ea permutatio de loco ad locum et minorat
dolor cum est vacuitas ventris a cibo et
feculentus et percipit dolor cum homo movetur
aut se inclinat. abstineat a cibis inflati
vis bibat vinum subtile potens utatur cibis
facilis digestionis, confectis cum resolventibus ven
tositatem sumat in aqua mellis semine ru
te et agni casti emplastrentur renes cum
cimino aneto calamita rute sicca fiat
evaporatives inungat cum oleo costino
et sambacino / Et si illic sit materia dige
ratur et evacuetur Construit esse curativa
ventositatis carminativa

De malitia complexionis stomaci frigide materia

Dicit Avicenna primus quod malitia complexionis
stomaci quandoque fit a causis continuis
sicut calore frigore et omnia alia
causa intus et extra appropriata alterante
stomacum materie vel sine materie ad preternaturam quare me
diante aliquo membrorum sociatum ei propinquo
vel remoto sint dictas tamen causas esse supra
ex dispositionibus ciborum et potuum sunt male
complexiones stomaci magis propter et quandoque fit a
causis intrinsecis ut humoribus malis in
ipsum generatis vel confluentibus ex mala
complexione seu quacumque alia mala dispositione
membri vicini ei communicat que tandem al
terat stomacum ad complexionem preternaturam. Sed ma
la complexio stomaci calida inducitur a qua
cumque causa intrinseca vel extrinseca occurrente
stomaco materie vel sine materie habente ipsum calefacere
et potentiam ipsum declinare extra latitudinem
sue sanitatis versus calidum Et signa ma
le complexionis stomaci sine materia sunt sitis intensa
famis paucitas digestionis eructuatio fumo
sa salina sicut sapor luti terre calor in
ore stomaci delectatio in rebus frigidis ab
carum quoque contrariis lesio lingue pa
lati labiorumque exsiccatio Cura duobus per
ficitur instrumentis dieta et potione Eli
gat aerem frigidum in et esse acrius cum
calefaciens vitet motus multus cale
factio volarum manuum vigilia somnus
profundus acrubitus super ventre et maxime
in ieiunio cibi acuti amari et multi
habentes dulcedinem vitet / vinum potens
et demum cibaria in coleram convertibilia Et
si aqua sit frigida et omnia que de nive
fiant abstinea a cibis calidis et unctuo
sis nocet tolleranda famis / sitis / coitus
dimissio / et retentio aliarum superfluitatum
/ Sumat panem non multum coctum infusum
in aqua frigida cum aceto et agresta et suc
co granatorum sunt carnes facilis digestio
nis competat pisces recentes elixi / carnes
recentes sine sale / lactuca / endivia / spi
nachia / condiatur eius cibaria cum constrin
gentibus Cura per potionem solum venit
ad alterandum et de approximandis ab
intra sunt aqua mizorum granatorum et hy
drorosaceum. Recipe spodii gummi arabici seminis ci
trulli cucurbite portulace citrulli liquiricie
sandalorum alborum ana ʒ i. camphore grana
xv. confice cum mucilagine psilii et con
ficiatur iulep nenufarum cum aqua solatri
endivie portulace Sunt trociscos sandali
Electuarium conveniens est hoc Recipe zuchari
violati vel rosati permisce cum canfora et
pulvere sandalorum, liberorum spodii seminis
portulace et modica camphora. De ap
proximandis ab extra est ut fiat cataplas
ma cum lactuca virga pastoris foliis ro
sarum aqua expressa ex rasura cucurbite
et modico ubi necesse est inflatio
vehemens appone vesicam plenam aqua
frigida Aliud emplastrum Recipe olei rosati
olei nenufarini ana ʒ ii cere albe
quod sufficit et liquefiat cum eis cera et
lavet locaomby tribus et 4o lavet
in aqua rosata et modico aceto deinde
commisce cum eis malaxando cum manu pul
verem qui sic fit Recipe sandalorum alborum
et rubeorum rosarum spodii ana ʒ i s. et
tandem aromatizet cum modico musco
et camphora et debet extendi super pecia
et stomaco supponi et leni vitta ligari

Cura

Cura per dietam

emplastrum

dieta

et teneri ab hora una usque ad duas
deinde removeri et stare absque emplastro
hora una et iterum reapponi multotiens
nam emplastra frigida diu retenta superficiale
fiunt et calefactum adducunt ad caliditatem convenit
esse unctiones cum oleo rosato vel vio
lato vel nenufarino

De mala complexione frigida stomachi sine materia

Iamque quod est mala complexio frigida
stomachi a qualibet cum superveniente
ipsi stomacho et potest ipsum ducere
ex latitudine sanitatis sue versus frigidum
Signa autem male complexionis frigide stomachi sine
materia sunt tarditas digestionis et non desi
derabit cibus sed post spacium vomitu ex
pellit multitudo appetitus cibi paucitas
aque sitis iuvatur a calidis et nocetur a
frigidis sentitur in stomacho frigiditas manifesta
tam ab egro tam a manum tangente ipsum
Cura perficitur dieta et potacione dieta
consistit in evitacione aeris frigidi et ventosi
ac esse estivali et in solvendis spiritibus nocet
tollerancia frigiditatis contrarietatum evita
re tristicia quiete multum motu forte
balneum aque dulcis corporum multum et
diurnum post repleccionem quam est contra potissime
nocentibus / Conferunt vero menta melissa
maiorana rosmarinus salvia feniculus
et similia. Condiatur cibaria cum speciebus que se
quuntur Recipe gariofilorum ʒ. ss. piperis ʒ. ss. piperis
longi galange folii hel nucis muscate
ana ʒ. i. zinziberis cinamomi ana ʒ. iii. mac
ioris ana ʒ. ss. cardamomi ʒ. i. ss. Confert
vinum purum vetus sint cibaria actu calida
Cura per potacione que perficitur solum cum
alterantibus sic fit cum intus et extra appli
candis et de approximandis ab intra sit
aromaticum rosatum gariofilatum diaga
langa diacimimum et similia tiriaca meti
datum cum sit confortativum quam unumquodque ipsorum
calefaciet stomachum et confortat eius digestionem
quando sumuntur cum vino puro potest utrumlibet
pia aut cum decoctione xiloaloes mastic
et spice confert ʒʒ. conditum Electuarium
conferens sic fit Recipe trium piperum gariofilorum
hel ana ʒ. i. ʒʒ. macis cinamomi electi
acori calami macis cardamomi ana ʒ. ss. zuccari
albi dissoluti in aqua salvia lib. ss. i.
fiat cum cibum et potest esse dare post ci
bum. quod si non obstet capitis debilitas re
quiete potu vini. quod si intenderet frigiditas
elegatur calidiora et diacimimum diapiperon
quod supra cum vino vehementer calefaciat stomachum

Epithima

de approximandis ab extra epithima quod
recipit gariofilorum cassie lignee api squinanti
absinthii xiloaloes spice costi calami aromatici
cardamomi ana partes equales pulverizata
ferveant cum vino potenti vel oleo si
bacino vel nardino deinde filtrum vel pe
cia in eo infundat et exprimat et calidum

Oleum

supponat / oleum conveniens sic fit Recipe vini
malvatice olei nardini ana ʒ. vi. olei o
lei rutacei ʒ. iii. castorei salvia aristo
logie. piretri cinamomi ana cimini anisi
ana ʒ. ii. pulverizata ferveat cum vino et
oleum usque ad vini consumpcionem et colet
et ex illo fomentet stomachum cum lana vel filtro
in eo infuso et dimittat quod diu permanet
calidum tunc iterum infundat et sic fiat plu
ries unguentum utile sic fit Recipe olei veteris
lib. i. cere citrine ʒ. ss. cassie lignee ʒ. iii.
conferunt unctiones cum oleo nardino de
mastice et rutha de absinthio Ceroto
optimum sic fit Recipe laudani aromatici tere
bintine galie muscate ana ʒ. ii. cere mastic
ana ʒ. ss. storacis calamite ʒ. i. gariofilorum mac
costi ana ʒ. ss. extendat super corio et postquam
incipit frigescere supponat modicum olei
nardini in quo 4or grana musci fuerint
dissoluta et et postea suppositiat pannus
lineus subtilis cuique approximare volu
eris suffumiga ipsum cum xiloaloe et suppone stomacho

Signa male complexionis frigide sine materia

Signa male complexionis stomachi sicce. Ma
la complexio stomachi sicca perducta a
qualibet cum nimia vel contraria du
cente corpus contra latitudinem sue sanitatis
et eiusdem male complexionis sicce sine materia sig
num sitis vehemens constacio lingue et pala
tum oris attenuacio corporis et ariditas ipsius

Signa male complexionis frigide stomachi sine materia

Cura

Cura per dietam

Cura per potacionem

Simplicia

Iuvamentum cum cibis humidis mala digestio ciborum
consternata digestio aruditas et asperitas
pectus stomaci intentio ad tactum tangentis. Cura
duobus perficitur instrumentis. dieta et pocione
vitet aer calidus siccus ventosus et etiam ex
cessiue frigidus ira tristicia sollicitudo la
bor motus frequens balneum consuetus vigilia
superflua vitetur cibi acuti amari salsi
et multum dulces acetosi et stiptica denique
vitet omnia que adducunt ad siccitatem sive sit
olera sive sint fructus sive carnes antiqua
vinum purum antiquum nocet nocet et stipti
ca tollerare famem et sitim etiam nocet. Conveniunt
cibaria similis digestionis lac eius nature et
suctum a mamilla mulieris et asininum et
caprinum preponantur tamen est muliebre deinde
de asininum cum melle tepefactum si fuerit
sine febre cum zuccaro albo si sit dandum sit
lac asininum oportet ut asina nutriatur ex cibis
nutrientibus cooperiendo eam et cohoperiendo moderato
fricando ipsam cum stringila sit iuvenilis e
tatis separata a masculo et oportet habere curam
ut asina bene digerat ut lac sit conveniens
quod cognoscitur si stercus eius nullius fue
rit fetoris et non fuerit nimis liquidum nec
etiam nimis durum post lactis sumpcionem vacet
in 4or horis in quibus lac erit digestum
quod cognoscitur ex eructuacione balneet in
tina aque dulcis deinde oleo inungat de
inferatur in cubile non resudet non tamen diu
cius maneat in balneo post balneum sumat
aquam ordei aut lac et iterum transactis 4or
horis mittatur in balneum et postea abeat in
ut diximus eadem die conveniunt poma dulcia
cocta uve albe dulces bene mature ex
oleribus borago buglossa spinachia sit
vinum aquosum. Cura per pocionem completur cum sol
alterantibus leniter quod non solum stomacum sed
etiam totum corpus alterant aut mala discrasi
am sicca electuaria in sumpta ut in marcipanis
dragantum lac de papavere et semen eius et
de cucurbita et de amigdolis dulcibus
et pinguedine pulli recenti simul mixti cum
inungitur cum lenitur stomacus torax spina et lo
ca iuncturarum ymo et totum corpus ipsum sima

cum siccis est cura ethice hec cum egritudo est
ethica stomaci

De mala complexione humida stomaci
sine materia

Signa male complexionis humide stomaci sine
materia sunt sitis modica oribilitas ci
borum humidorum et notum ipsorum iuva
tiva a cibis siccis multitudo sputi et saliue
sine tussi sine rasuracione quod sit ampulo
sa et grossa egestio liquida absque punctione
et ardore et humi cum quociens quotiens conve
dat mediat quod si moueret evomeret et
sic mala complexio humida stomaci potest videri a
qualibet cum stomacum ledente. Cura duobus
perficitur instrumentis dieta et pocione et die
ta consistit in mutacione aeris paludosi ne
bulosi et flatus austrinum fugiat habita
cioes in terrenis et dormire in eis sopnus longus
diurnus post cibum inmediate fructus omnium deli
cie nimie multitudo ciborum humidorum et po
tuum sicut ebriatorum dimissio coitus vel exercicio
superfluitatum et evacuacionum consuetarum
vitentur carnes porcellorum pisces lacuna
les Conveniunt cibi constantes assati et
subfrixi panis assus ad ignem et in confrix
ione panis ponatur pulvis albissimus ma
sticis sint carnes perdicum turturum fasiana
rum castreus veteris moderate tamen sumat
cibaria cum siccis stipticis cum quibus ta
libus misceat speciebus, Recipe macis gariofilis ga
lange cinamomi electi piper ana ℥. I
sit vinum rubeum stipticum purum adaquatum
cum aqua ex inunctionis calibis de iuvantibus
est ut parum edat et parum bibat. Cura per
pocionem fit per intra et extra approxi
macia. per intra conveniunt tria aut 4or ge
nera masticis gumma et olibani ieiuno stomaco
sumpta et kebuli conditi in hoc sunt fortes e
lectuarium de scoria ferri trociscis de rosis
et mel rosatum mixtum cum pulvere corallorum
ypoquistidos mirti olibani masticis et gariofili
ab extra inungatur stomacus cum oleo masticino vel
de absinthio vel de mirto vel de citoniis
et supponatur ei emplastrum quod sic fit Recipe sanguinis draconis
api olibani masticis nucis cipressi mirti
corticis granatorum seminis rosarum seminis acetose

an. ʒ iiij. farine ordei farine lupinorum et
orobi an. ʒ j. decoquantur in succo menthe et
plantaginis et stomacho supponatur. fiat ut ceteri
continuetur

In mala complexione stomachi fuerit composita sig-
parent ex supradictis et cure com-
posite stabis cure suarum partium

De mala compositione stomachi cum materia

Avicenna in 3. 13. divisit mala complexione
male stomachi in simplicem et compositam
et materia cum qua complicatur mala complexio
est aut colera aut sanguis aut flegma
aut melancolia. iste humores aut generantur
in stomacho scilicet in moles aut effusi ad ipsum
a membris membris nobilibus scilicet capite splene et e-
pate et materia generata in stomacho in parte aut con-
tinet in fundo eius aut in partibus mediis
aut in omnibus partibus suis. sed que est conti-
nens in stomacho materia aut est apostemalis aut non.
et que non est apostematis aut est imbibita in cor-
pore eius aut aliter adherens super corpus eius aut
effusa in concavitate eius aut submersa in po-
ris. Causae autem generacionis materie in stomacho
sunt multiplicitas cibi et potus et excedere cum causis
generacionis superfluitatis et humorum in aliis
in aliis membris. verumtamen stomachus habet causas pro-
prias que sunt cibi tales qui nati fuerunt
materiam digestionis. Causa autem effusionis materie
ad stomachum aut est in stomacho sicut dolor ve-
hemens debilitas expulsive ipsius virtus assi-
duacio vomendi appositio ventose et evacuacio e-
vacuacionis consuete effunditur ad stomachum cole-
ra cum porus fellensis ad intestina vadens
est opillatus et effunditur ad ipsum flegma
per viam contrariam licet ab epate possit effun-
di per mesaraicas et effunditur ad ipsum me-
lancolia cum stomachus est debilis multitudo humo-
ris melancolici que mittitur a splene ad stoma-
chum propter debilitatem splenis esse et ad ipsum
effunditur sanguis vel propter retencionem men-
struorum emoroydarum fluxus sanguinis narium
egestionis sanguinolente vel quia percessit re-
gimine sanguinis generativum. Signa utriusque
generis malarum complexionum cum materia hec sunt. primo
adest nausca non nausea procul dubio

maiorem significat gravitatis sensata in stomacho
ex vomitu ex sapore in ore in parte sive amaro
sive salso sive acetoso regimine et precedens
ciborum multorum et multi nutrimenti convenientia
cum vita ociosa et deliciis et balneis dulci-
bus post cibum et percussione nauseative sacie-
tatis. Signa vero specierum distinguencia an
materia sit generata in stomacho an effusa ad stomachum
sunt optime cognoscenda. nam si materia a toto cor-
pore fluxerit aderunt signa repletionis
inventio pletorie vel cacokimie dimissio
evacuacionis consuete exercitium et regimine preteritum
dehaosum. si a cerebro patiens sentit des-
census reumatis et post sompnum augetur
malicia in stomacho et quia cerebrum consueverunt pati
dolores quos modo non patitur nulla fit evacuacione
si ab epate invenitur aliqua egritudinis in epate
generativa materie fluentis ad stomachum aut sa-
nacio opillacionum epatis nulla evacuacione
precedente et quod infunditur ab eo simpliciter
est colera. si a felle egestio est alba vel
urina non tincta et est cum deiectione appe-
titus. si a splene precessit egritudo malis in
ea deinde curacio et quod influit est
melancolia et simpliciter augmentum appetitus
in eo. si vero materia fuerit in stomacho secundum omnis
modum effundendi signa sumuntur a tribus
a continuitate vel interpolacione nausee
et facilitate et difficultate vomitus et quan-
titate rei vomite quia si materia fuerit contenta
in concavitate stomachi effusa naturalis nausea
erit interpollata vomitus facilis et vomitus
est notabilis quantitatis. cognoscatur autem
materia naturalis quia si exhibeatur aqua mellis
vel zucari ducitur eger ad eructuacionem
et sit commocio in eius stomacho quia materia fluctuat
et expellitur vomitu aut egestione si vero
non fuerit naturalis non educitur eo. adest pre-
terea inundacio humoris apud motum in ie-
iunio et maxime si se inclinaverit deor-
sum et fluctuacio supra cibo. si vero humo-
res adhereant tunicis stomachi vel imbibiti
nausea erit continua aut magna aut
parva nil aut parum vomitu expellet vel ege-
stione. Signa quod in stomacho vere materia effusa

et materia adherens et imbibita sit quod simul
adest vomitus materie et nausea et separantur
ab invicem cognoscitur adherens materia que si
est flegma viscosum et cum ea sunt signa
flegmatis materia imbibita secundum plurimum est colica
et cum ea sunt signa colere que seniora et
interiora fiunt accidentia que adherens. Signa
colere sunt amaritudo oris que non caret
a calido quia alia est amaritudo oris que
fit ab humore frigido et ista caret inflammatione
sitis que augmentantur potu aque calide mor-
dicatio in stomacho tremor labii inferioris spu-
tum amarum egestio citrina eructatio amara
defectus appetitus aque affectus. Signa fle-
gmatis sunt eructatio salivia insipida sal-
sa arida vomitus cum flegmate et egestio flegmatica
abhominatio ciborum edulium. quod si humor fue-
rit viscosus appetitus acuta et maxima que
cum supersit apparet in eo inflatio compressio nau-
sea et non quiescit nisi cum eructatione et
vomitu. Signa melancolie sunt exitus melancolici hu-
moris in vomitu vel egestione dolor in stomacho
qui ut plurimum sentitur cum corrosione appeti-
tus multiplicatio. Signa sanguinis cognoscun-
tur ex vomitu et egestione qui si fuerit
coagulatus aderunt signa coagulationis quod si
influat a toto vel a membro particulari cog-
noscitur ex signis alibi dictis cum de fluxu
eorum dicatur. Materiam venenosam cog-
noscens ex saltu ipsius in stomacho evenientes pro-
conatu ne reptantes eam expellere sanguinolentam
vero ex ulcere stomachi. Cura male complexionis
cum materia per dicta sit est pure ex non ut
nullo modo dentur stiptica aromatica medicinalia
vel tantum pociones nisi prius fuerit purgata
materia. Cura per pociones hiis completur nam
si materia fuerit colerica naturalis expellatur vomi-
tu exhibendo aqua tepida cum aceto mix-
tum vel mixta cum aceto et oleo violato
si vomitus fieri non poterit educatur leni far-
macia evacuativa colere. si vero materia inhere-
at sumat pro digestivo vinum granatorum
maiorum aut acetosorum vel citrinum in aqua
lotum mixtum cum zuccaro. si vero ab aliis mem-
bris influat digeratur cum sirupo simplici acetoso

sirupo de endivia vel oxizachara. deinde
evacua cum reubarbaro vel electuario de
succo rosarum. Materia evacuata fiat emplastra
contraria ad caliditatem stomachi febris inflammationem
et sitim. Recipe spodii sandalorum alborum seminis
cucurbite cucumeris et citruli et portulace
ana ʒ v. rosarum ʒ vi camphore ʒ i. berberis
ʒ v boli armenici ʒ iiii. conficiatur cum aqua
cucurbite et detur semel cum lacte a quo
extractum est butirum et ponatur super stomachum
emplastrum factum ex rasura cucurbite portula-
ce solatri lenticula aque sandalis albis
et camphora cum aqua rosata provocetur
urina cum aqua seminum communium frigidorum et
aqua alkakengi. Si vero materia fuerit flegmatica
et fuerit natans educatur vomitu ut cum aqua
tepida mixta cum sirupo acetoso simplici
vel composito quod si non poterit. leni farmacia
et non violento. si vero fuerint adherens
et imbibitum digeratur cum gelenabim sirupo
acetoso simplici vel sirupo de mentastro et simili-
bus. si viscosum cum oximelle simplici vel
composito vel squilitico deinde evacuetur cum
pillulis de aloe mastice et paucis turbit
vel cum pillulis stomachalis turbicatis deinde con-
fortetur stomachus cum confectione que Recipe anamomi
ʒʒ. galange ana ʒ ii gariofili macis cardamomi
ana ʒ ii seminis feniculi anisi croci ana ʒ i. car-
nium citri conditarum ʒ vi. zuccari lib. ii fiat
confectio dosis ʒ ii mane et sero. Con-
tra Recipe laudani cere rasine ana ʒ ii thuris
ʒ i storacis calamite gallie muscate
mirre mastices ana ʒ ii anamomi apii mente
folii cimini infusi in aceto ana ʒ vi gariofi-
piperis ana ʒ i. olei nardini et masticini
ana ʒ ii. musci et ambre par. oleum quod
resultat ex distillatione terebintine l. i. et l. ii.
mastices optime trita mixtum super stomachum frigide
mirabiliter confortat ipsum. Materiam venenosam
cognoscens ex saltu ipsius in stomacho evenientes
pro conatu ne reptantes expellere sanguinosam
vero ex ulcere stomachi. Si materia fuerit melancolica
et fuerit natans educatur vomitu. si vero in
fundo et pauca quod vel ut plurimum est educatur
cum mirabolanis indis bellericis et eblegis

Vin[um]
Ad corrumpendum [illegible] et flegma
grossum [illegible] vinum [illegible] ponatur [illegible]
[illegible]

Si materia fuerit multa et fluens ab epate
et plene digerit cum sirupo acetoso simplici
et composito et sirupo de buglossa cum decoctione
scolopendrie mellisse apii et radicum
capparis et evacuet cum pillulis indis vel
cum yera magna ut rufinus archigenis
Et si materia fuerit adusta apta vomitu
educatur vomitu quod si non digerit cum sirupo
de fumoterre vel sirupo de lupulis et similibus
deinde evacuet cum diacene et cum electuario
de succo rosarum simul mixtis deinde confor
tet stomachum cum mixtura diabuglosati
diacitoniten diamusci ab intus supra aut
extra cum unguento facto ex oleo liliaceo de
amigdalis dulcibus addita cera et pulvere
cardamomi et macis. Si materia fuerit sanguis
effusus a toto flebotoma saphenam in primis de
inde basilicam vel nigram. Et si fieri non
poterit ventosas appone natibus coxis
cruribus spatulis cum scarificatione brevius
ultima appropinquat stomacho si vero a particulari
membro sanguis fluxerit ad stomachum ut si
ab epate basilicam flebotoma aut inguinibus
applica ventosas si a cerebro cephalicam
et ventosas cum scarificatione collo appone
ad sanguinem fluxum revellendum quem si potes vomi
tu expelle quod si non educ per secessum hoc
modo Rx medulle cassie fistule ʒ ii distempera
cum decoctione capillorum veneris et lupulorum
et cola et adde thuris pulverizati ʒ i.
quod si sanguis sit coagulatus curetur cum hiis
que dicuntur loco suo. Si vero humor in stomacho
diu constiterit et mala fuerit complexionis dis
crasia pluribus indiget digestionibus et e
vacuationibus digestionibus alterationibus. Et si
nocumentum fuit paucorum dolorum sanare fa
cilius erit si multorum difficile et confert
que dicta sunt supra in capitulo de mala complexione stomachi pura

De inflacione stomachi

[Q]uandoque accidit in concavitate stomachi egritudo
que dicitur inflatio seu tensio seu ven
tositas. De causis inflationis stomachi
dixerunt quidam et bene quod alie sunt primitive
sicut frigus totius corporis superveniens aer
calidus naturalis caloris debilitas cibi ut fa

Var
[illegible] cuncti cortex in aqua et bibitus [illegible]
ad tres ciatos [illegible] curat dolorem stomachi cum
nausea et singultu

ba lentes vel vinum dulce castanee lac
fructus vinum multum aqua mixtum et cibus
sua natura calidus sicut armoniacum et cibus
compositus bonus sumptus tamen in multa quantitate
et cortex papaveris sicut supra cibo indigesto
et cum causa est complexio naturalis frigida debilis
et compositio stomachi et mirach dempta spis
sa humiditas grossa flegmatica vel melancolica
Causa coniuncta est ipsa ventositas replens stomachi
concavitatem et ut quidam dicunt in pelliculis
eius inclusa. Alii dixerunt quod cause sunt due
una efficiens alia materialis et utraque et alia
intrinseca et alia extrinseca. Causa efficiens extrinseca
est caliditas approximata ab extra dis
solvens humorem contentum in ventre in stomacho in vapo
rem et ventositatem et non resolvens ipsum
propter suam debilitatem similiter est assumptio calidorum
per interius. intrinseca vero efficiens est calor
naturalis stomachi debilis agens in cibum et humorem
in eo contentum non valens perfecte digerere ipsum
qui humiditatem eius dissolvit et in ventosita
tem convertit similiter est quod impedit digestionem.
Causa materialis intrinseca est humor flegmaticus vel
melancolicus extrinseca vero cibus et cibus inflati
vus et qui est difficilis digestionis. Scias preterea
quod frigiditas extremitatum est cum inflatione
stomachi. Signa generalia sunt quod intumescunt partes stomachi
tensive et alvi cum eger tangit apparet cum
necessitate stomachi inflatio post cibum maior et pal
sus sonat ut timpanum eructatio frequens
et aliquando per anum ventositatis emissio et est aliquando
cum dolore qui alleviatur cum eructatione et emissione
ventositatis per inferiora non adest
gravitas stomachi et aliquando est rugitus nulla fa
cta percussione. Signa frigiditatis ex alimentis sumptis ex
cibo precedente generantibus ventositatem. Signa
frigiditatis ex indigestione propter debilitatem caloris natura
lis sunt quod si prohibeant ab cibis difficilis digestionis et
pauce quantitatis non est inflatio et similiter si ad
ministratur medicina digestionem. Signa frigiditatis ex
humore sunt nausea et quod in ieiunio et ante comes
tionem apparet rugitus et hora digestionis sit
commotio fortis in stomacho et in intestinis. Et
si fuerit humor flegmaticus erit egestio mollis
humida humiditas oris prima sitis urina alba

spumosa et si fuerit humor melancolicus egre
stio erit sicca dura siccitas oris et lingue
et urina subtilis glauca Cura duobus
perficitur instrumentis dieta et potione et die
ta consistit in evitatione nocivorum ex omni ge
nere rerum non naturalium Confert autem
aer calidus gaudium frictio extremitatum
ventosa subito multos liberat sompnus
reparatus cibus super ventre eligatur abi
bonis et facilis digestionis et pauce quan
titatis si egritudo levis fuerit sufficiat vi
num potens purum deinde super dormiat
non diuturno. tragea optima fuerit digesti
bus et dispergens ventositatem sic fit
Recipe seminis anisi carui ana ℥ .j. ameos ℥ .ß. ʒ ij
cinamomi galange ana ʒ .iij. gariofilorum mac
zedoarie cardamomi ana ʒ .j. zuccari albi lib. j.
clos coclearium medium pone in curiis de
gingibere et ruta siccis et pistatis et ex pone
postea circuis igni donec bene calefiat
et comedant in principio mense tres vel quatuor. Cu
ra per potionem sic perficitur quoniam si humor
fuerit flegmaticus digeratur cum composito oxi
melle squillitico sirupizato cum decoctione
apii seminum anisi nigelle et ameos deinde
evacuetur cum electuario medio vel cum medi
camine de turbit vel pillulis de sapino. si
vero fuerit humor melancolicus digeratur
cum oximelle composito syrupato cum decoctione
scolopendrie radicum capparis mediani cor
ticum fraxini mirabolanorum deinde evacuetur
cum catholicone aut pillulis melius utatur pan
cus per intervalla pillulis que sic fiunt Recipe spica
gariofilorum piperis longi costi ligni aloes cy
nami ana ʒ .j. anisi cinamomi foly cassie lig
nee galange cardamomi croci nucis dia
gridii ana ʒ .j. aloes epatici ʒ xviij fiant
pillulas cum optimo vino veteri preterea diu
tius materia ad inferiora et extremitates
ultimo deterit mala complexio et dissoluatur
ventositas cum intus et extra approximatur
iungatur stomachus cum oleo de lilio solo vel mix
to cum aneto fomentetur stomachus cum spongia
supra decoctione ameos leuistici cumini
bacarum lauri seminis rute nigelle puletri

costi ana ʒ .ij. laudani ʒ .iiij. olei ruta
cei ʒ .vi. vini malvatice ʒ .iiij. bulliat
ad consumptionem vini et iungatur cum eo stomachus
fricando et desuper ponatur pannus ca
lidus et confert oleum rute. Et si ventosi
tas fuerit grossa coquatur cantaridum cum
cimino et amidon. et approximacionis
ab intra est electuarium de baccis lauri
et electis de diaspermaton i. de seminibus
diagalanga diacuminum diamsium diaci
gnito conditum tentur galanga et masticatur
cum melle et sumatur ad modum nucis mane

de casu et perssione stomachi et fortitudine

Et stomacho accidit casus et perssio ma
neat eger in aere temperato utatur cibis
pauce quantitatis et pauca nutrimenti
et septica sumat ptisana in qua ponatur
succus granatorum maiorum aut citoniorum
sumat in potum iuleb rosatum leniatur
venter cristeri si vero est quam casus fieri pote
rit confert rosata de karabe de
spodio. Confert rosata posita ab Avic
enna canone in quibus ingreditur karabe
et mellilotum ʒ .j. minute pulvericate bibite
cum vino rubeo. Confert emplastrum orba
rum omnibus rupturis intestinalis quod in principio
fit in herma de quo dicemus loco suo

de apostemate stomachi

Apostema apparens stomacho aut est exteri et aut
interi et. Exterius est casus et perssio
super stomacho res ipsum calefaciens fortiter
ut emplastrum siquidem ventose appositio corpe
contra pleno meatus fortis cotonis que hu
mores trahit ad stomachum et difficilis vomitus
provocatio in terra superfluitas et si alia iuncture
sunt ille per quas materia potest defluere ad stomachum
et congerentur in eo. Signa generis sunt tumor
cum duricie dolor continuus inter spatulas qui
augetur super cibo hanelitus pulsus velox
et spissus casus appetitus cum fortitudine
lingua grossa et rubea prolongatio do
loris in stomacho qui non removetur quibus regimine
fuit bonum. Signa speciei sunt secundum loca si quidem
si fuerit in ore stomachi adest doloris inte
sio et accidentium tactus est levior factus

cu digitis dolore fuit deficit appetitus i
co digestio no multu ledit tumor mag
apparet visui difficultas in deglutiendo
et si fuerit i fundo stomaci digestio ledi
tur fluxus adest no est difficultas de
gluciendi et cursatur dolor intestinis et
mebris inferioribus et si fuerit i tunica
interiori oia accidentia sunt intensiora et
cu cibus ul potus ad stomacu vadit dolor
et gravitas augetur et si fuerit i tunica
exteriori accidentia sunt remissiora no auge
tur dolor post cibu assuptu et duricies
magis apparet visui et quod resolvitur
paulatim minuitur et accidentia paulatim
sedantur et quod purificatur i puo tpe deli
tescit et apparet lesio i aliquo alio mebro
in eo quod mediatur sedatur febris et dolor
et accidentia remittuntur salvo quod inflacio
remanet cu gravitate et pondere et
duricie maiori i loco in quo apostema appa
rebat i principio. Et signa conversionis eius ad
suppuracionem sunt quod dolor et febris et omnia
accidentia intendunt profundunt oculi de
bilitatur virtus et extenuatur corpus multiplica
tur fluxus ventris et vomitus et cedit
locus apostematis tactui digitorum. Signa rup
ture apostematis sunt vomitus et secessus i quo e
mittitur materia saniosa et detumescit apostema
. Signa vero specierum secundum humores sunt hec
quia si fuerit sanguineu aderit gravitas et
plenitudo venarum dolor cu gravitate pul
sus velox spissus sine duricie urina rubea
grossa tumor magnus. si colericu ardor intol
lerabilis pungitivus dolor sitis intensa pul
sus minus siccitas oris et lingue febris
acuta. Si flegmaticum dolor quietus febris levis
accidentium remissio salive habundancia pulsus
mollis urina spissa no multu tincta. Si me
lancolicu durities tactui albu multu ap
petit alii vero eructuacio acetosa insipien
tis fetor oris febris multu remissa uri
na glauca subtilis salive tenuitas vitus
cogitacio multa super scripni. In primo pona
curam apostematis calidorum deinde frigidorum. Cura
igitur apostematis calidorum duobus perficitur instrumentis

dieta scilicet et pocione. dieta consistit i evitacione
nocentium que sunt aer calidus siccus tristicia
motus labor locutio pluria balneu frica
stomaci appositio ventose super eo et ideo cos
medicos vitupero qui i omni dolore stomaci sub
ito prorupunt ad ponendas ventosas super
stomaco et nocent nocumento magno. Bernardus
garzonus vir fatetur se vidisse rome hominem
cui apposita fuit ventosa super stomaco suo propter
dolorem et tracta est materia multa ad stomacum
et apatus est ei stomacus et mortuus est. no
cet sompnus plurimus vigilia pluria potus
et cibus actu et potentia calidus sicut vi
nu carnes confectiones que de melle fiunt
Aqua frigida pluria. Conferunt dictorum
contraria cibus facile digestibilis pauce quantitatis
aqua ordei cu granatis usquequo alleui
etur febris et caliditas bibat syrupum viola
tum vel nenufarinum sumat usque ad 7 dies
blitem atriplicem cucurbitam et si natum
fuerit vitis carnibus sumat carnes pullorum
fasianorum avium parvarum alteratas cu lactuca
cucurbita et agresta bibat vinu rubeu
clarum in quo multu sit de aqua cocta i hy
eme. frigida i estate. hoc regimine permanet
apostema quod resolvitur utatur cristeri lenitivo
singulo die usque ad 7um donec mitigetur
caliditas et sedent accidentia. Cum per
pocionem 4or completur intencionibus intencio
prima sit cu digerentibus materiam calidam si igitur
i ea fuerit materia subtilis digeratur cu syrupo qui
sic fit Recipe rosarum violarum florum nenufaris
florum cucurbite florum malue florum salicis
ana ʒ ii lactuce portulace solatri plan
taginis sempervive epatice scariole ana ʒ i
seminis portulace seminis endivie seminis lactuce
ana ʒ i seminis acetose berberorum sumac ana
ʒ s. sandalorum alborum et rubeorum ana ʒ
iii tamarindorum iuiubarum ordei mediani ana
ʒ i seminis citruli mellonis cucumeris cucur
bite mundatorum ana ʒ ii prima pro unio infu
datur i aqua sufficienti per diem et noctem
et postea decoquatur et coletur et fiat syrupus
cu zuccaro albo claro solido et acetosetur
cu pauco aceto citoniorum et aromatizetur

cu pauca caphora · Si uero materia colica fu-
erit grossa digeratur cum sirupo q sic fit ℞ in
dicum buglosse boraginis endivie acetose
apii petrosilini passularum enucleatarum or-
dei mundi ana ʒ i seminis endivie ana et seminis
ana ʒ s capillorum veneris violarum liquirice ana
ʒ iii fiat ex eis infusio et postea decoctio
et fiat sirupus cum zucharo acetosus cum medico
aceto vini et aromatizetur cum sandalis et
cinamomo · Si uero materia fuerit sanguinea exhi
beatur oxizachara vel sirupus rosatus / 2a in
tentio consistit in evacuatione que fit cum flebotomia solo
ne ventris et vomitu / de flebotomia dico quod in
pluribus est necessaria aliquando tamen est nociva unde
dico quod medicus suspectus a morbo flebotomia
est necessaria quando durant et evacuat de materia
ante · Si autem formatur medicus a rebus naturali
bus et non naturalibus aliquando prohibet flebotomia
quia ubi esset virtutis debilitas etas pue
rilis inbriositas aeris in aere esset ei non
nocumentum magis juvamento medicus insuper
suspectus a materia morbi non semper convenit flebotomia natura
et semper conveniret in sanguinea non tamen semper in colica
ut si in corpore esset magna quantitas colere
et eius qualitas multe esset acutatis nam
per flebotomiam causaretur maior ebullicio contra
sanguinem qui erat frenum colere · preterea in
sanguinea flebotomia debet fieri a parte in colica
stricta · ordo tamen servandus est in flebotomia quin
stante plenitudine magna incipiendum est
a remotiori ut saphena non conveniret uero ple
nitudine tamen magna incipiendum est a flebotomia
mediane · Scias preterea quod in corpore pletorico
a flebotomia incipere debes in corpore uero
non pletorico possumus incipere a remissiori
postea leniri ventre demum flebotomare / de
solucione ventris dico quod alienanda est solo la
boriosa · Sed in materia furiosa soluatur solucione
forti mutuo aliquando contendi possit scamonea · Si
uero materia non fuerit furiosa nullo modo est inten
dum medicina forti · preterea si eger est ventre fluxi
bilis nullo modo debet solutivum forte si
uero durus et difficulter mobilis forte solutivum
non est necessarium neque eius contrarium soluna conpescita
et maxime quando frigus est apta · laxacio g°

ventris est que fit cum cassia fistula vel
in manna In prima ergo post flebotomiam in materia
sanguinea solvatur venter cum medulla cas
sie fistule distemperata in aqua solatri aqua
endivie In materia uero colica dissolvatur
cassia in succo granatorum muzi habito pro conditio
ne ipsius cum pulpis suis vel cum succo duorum
granatorum · vomitus insuper fortis et laborio
sus vitandus est ymo et levis ubi tamen corpus
non esset cachocimum et in stomacho essent multe
fluctuationes et prescisset nausea et divisio
per flebotomiam fieri posset vomitus levis · Sci
as igitur quod si apostema in ore stomachi omnino vitandus
est vomitus sive facilis sive difficilis si vero
fuerit in fundo stomachi levis fieri potest maxime
post flebotomiam / 3a intentio perficitur cum experimentis
malis conveniens calide et cum conductione materie a
posteriori et utrumque perficitur cum ab intus et
extra approximatur Cum igitur apparuerit
apostema calidum incipiatur a repercussivis ligatur
stomachus cum oleo citoniorum et fiat emplastrum de
citoniis corticibus cucurbite portulace et
farina ordei Aliud emplastrum bonum ℞ farine
ordei ʒ ii sandalorum alborum et rubeorum rosarum
rubearum boli armeni ana ʒ ii spodii ʒ i cam
phore ʒ s incorporentur cum succo plantaginis
aut cum emulsione seminum communium aceti par
administret actu frigidum et sepe removeatur
at dilatatur esse materia cum appositione vento
sarum cristeriis suppositoriis ligaturis do
lorosis extremitatum · Si materia tota sit evacu
ata cum supradictis iam sanatum est apostema si
uero pars remansit sive evaruerit in quantitate
sua tamen remissione cal et tunc apostema est in augmento
tunc supponatur emplastrum quod recipit farine
ordei et fenugreci malvavisci preparati
ana ʒ ii absinthii sicci ʒ iiii conficiatur cum
oleo rosato et de mastice et de lilio A
liud convenientius ℞ foliorum malve et bismalve
absinthii ana m ii ordei mundi ʒ ii axun
gie galline et anatis ana ʒ i dactilos in
vino innalagine seminis lini et fenugreci
ana ʒ i s fiat emplastrum / aliud efficax
℞ croci memite altee acacie absinthii vi
tellorum ovorum succi mente spodii boli ar-

mem cum ʒ. v. et tepeat cum oleo rosato
quod sufficiat ab intus cum aqua solatri et
endivie et apii et feni. mixtis pariter
aut cum ʒ. s. troc. de rosis minoribus. Quod si
apa pervenit ad statum fiat inunctio cum oleo
de camomilla absinthio nardino addito
modico cere supponatur emplastrum Amor.
Aliud efficax ℞ farine ordei fenugreci
seminis lini absinthii ana ʒ. ii. florum camomil
le mellilotum ana ʒ. s. incorporentur cum suc
co apii oleo camomille liliaceo et nardino
si vero debilitatur stomachus ut non contineat ci
bum ponatur emplastrum aur. i. vel agreste
constanti. Cum vero venerit declinacio su
pponatur emplastrum de mellilotis ab intus
conveniunt aqua feni apii et absinthii cum
troc. de rosis qui sic fiunt ℞ rosarum
ʒ. iii. xiloaloes spice mastic cassie lig
nee squinanti anamomi absinthii liquiricie ana
informentur cum vino veteri. Si vero resolu
tio non fuerit possibilis sed ad rupturam tendat
apa tunc studeas cum maturacione et ad
eius rupturam incipiendo scilicet a lenioribus
et de approximatis ab intra et decoctio
que sic fit ℞ passularum sebesten ana ʒ.
i. seminis altee liquiricie ana ʒ. s. fenugreci
capillorum veneris squinanti mente ana ʒ. ii. dac
tilos numero novem decoquatur in aqua suffi
cienti usque ad medium et coletur et det
ur ea electuarium maturans fit sic ℞
radicum altee ʒ. ii. liquiricie capillorum veneris
violarum ana ʒ. ii. anamomi ʒ. i. croci mas
nas ana ʒ. s. mellis passularum quod suf
ficit. Inunctio conveniens ℞ olei liliacei mu
cilaginis fenugreci seminis lini et altee et a
dipis anatis et galline ysopi humide ana
ʒ. i. anamomi ʒ. ii. croci seminis aneti ana ʒ.
i. cere quantum sufficit. Emplastrum Amor ℞
mellilotum fenugreci camomille bacharum
lauri altee absinthii ana partem i. aroa
thuris ana partem vini tecias duas involvatur
gumine in decoctione vigum ficuum
cum vino et cum melle deinde coniunge cum
eis alias medicinas si putas maturacionem
propinquam quod cognoscas ad tactum

ex compressione et convocatione et remocio
tum vice una post aliam tribuatur lac rat
multum cum aqua calida rumpitur autem apa
cum provocantibus tussim et sternutaciones
exhibicio sinapis cum aqua mellis em
plastrum rumpens apa sanatum ℞ ster
coris columbini fermenti sicci ficuum ana
partes equales barrach partem mediam aggre
gentur et stomacho supponatur. Rupta apa
te modificetur ulcus et curetur cura ulce
rum stomachi. Sumat ei mane lac caprinum rat
multum de sero ante cenam per duas ho
ras aqua ordei cum zucaro vel melle ʒ.
iiii. post exhibicionem modificativam
per horam exhibitam solidativa ut tro
ciscos de karabe si fuit sanguis troc.
ad ulcera stomachi ℞ ro. boli armeni gu
mi arabici ana ʒ. iii. granorum mirti dra
gaganti spodii balaustie acacie ana
ʒ. i. s. karabe croci mastic ypoquistidos
amidi seminis portulace coralli rubri lapid
ematitis sanguinis draconis ana ʒ. ii. in
formentur cum aqua plantaginis dosis ʒ. ii.
dentur cum aquis stipticis ab extra appro
ximetur emplastrum quod ℞ boli armeni mu
mie aloes mirre mastic ana ʒ. ii. in
corporetur cum ʒ. vi. resine et extendatur
super peciam et stomacho applicetur confert
balneum for corfenne in civitatu lucani.
Nota quod administracio consolidativorum ab extra
debet fieri a principio ulcerum usque ad finem
et et tempore modificationis. Cum vero
apatis fuerit completa dieta et potacione
de dieta dictum est supra in capitulo de
mala complexione frigida stomachi potacio prestat
cum digestione materie quia si fuerit flegmatica
digeratur cum siropo qui sic fit ℞ radicum
quinque et seminis aut. aniceos ana ʒ. i. infu
datur et coquatur et colentur et colla
tura siropizetur cum zucaro et acetositur
cum aceto vini et aromatizetur cum cina
momo gariofilis et mace. Si autem ma
teria fuerit melancolica digeratur cum hoc siropo
℞ borraginis buglosse capillorum veneris a
tiace scolopendrie violarum fumiterre ana

medicos an ʒ. i. an fen carui an
ʒ. i. cuscute lig'e an ʒ. s. passular
ʒ. ii fiat syrup cum mello acetoso aro
matizato cum amomo et croco eva
cuet cum hys que dicta sunt in calo male
complexionis facte a flegmate et melancolia In
principio flegmonis inungatur locus cum oleo
rosato et de atomis et de absinthio an
suptilis inmixtis cum quarta parte ipsorum de
aceto vini et desuper ponatur emplastrum quod
sic fit Rx farine fenugreci seminis lini
ordei et lupinorum amarorum et mellilot
an ʒ. i. absinthij squinanti an ʒ. ii. roris
marini rubearum mirti aloes an ʒ. iiii. ag
gregentur cum oleo rosato de atomis adi
pe anatis et galline et succo plantaginis
per intus sumat mel rosatum cum aqua
eadem plantaginis et absinthij In
augmento inungatur stomachus cum hoc vn
guento Rx olei rosati olei anetini olei
camomillini olei nardini an ʒ. s. cere ʒ.
ii. ro. mellilot florum camomille seminis a
neti et apij an ʒ. v. aggregentur cum suc
co caulium et oleo camomillino et sumat
de troc. de ros. supius dictis In statu i
nungatur stomachus cum oleo nardino in quo
positi sint muria et carui agreste em
plastrum Avic. Rx poly mellilot amomi
camomille aneti an ʒ. v. absinthij spice
an ʒ. vii aloes ʒ. viii. mastic ʒ. i. thu
ris ʒ. iii. radicis altee ʒ. xl. armoniaci
oppoponaci storacis an ʒ. v. adipis an
seris anatis et galline an ʒ. v. cere lib.
v. hoc utaris quousque apostema fuerit dis
solutum. Et si collectionem fecerit tunc ap
pone emplastrum quod Rx radicis altee lilij
cepe narcisi an ʒ. ii branche ursine
an farine fenugreci et seminis lini fa
rine furfuris an ʒ. ii. ysopi humide adipis
anatis an ʒ. i. squinanti aloes mellilot
camomille an ʒ. iii. cera ʒ. s. aggrege
tur cum oleo de lilio. Sanato apostemate rumpa
tur ut dictum est in apostemate calido. sed si
cum apostematibus inungatur sole ventris super
venter in calidis et est emplastrum diaquilon

frigidum In melancolicis sit unctio facta cum
oleo rosato oleo yrino oleo cheyri
no oleo de nerdicho quassatis cum pro
dicto vino et desuper ponatur emplastrum
quod Rx fenugreci seminis lini altee
an ʒ. ii. mellilot rosarum mirti seminis a
neti an ʒ. s. aggregentur dictis oleis
pinguedines anatis et galline In aug
mento augeatur cum oleo keyrino et de
lilio et pinguedinis anatis et anseris per
mixtis cum croco et supponatur emplastrum
predictum In statu fiat unctio similiter et
supponatur emplastrum quod Rx adipis anat
anseris et galline medulle cruris cer
vi an ʒ. i. storacis liquide bdelij mir
re spice mastic ciperi squinanti seminis car
tami an ʒ. s. amigdolarum amararum ʒ.
i. dissolvatur gumme in vino deinde
addatur amigdole et species et ultimo pi
guedines. Cura vero apostematis indura
ti post alia apostemata dixit Avic. est
ut ponantur emplastra que sunt in teciarum
apostematis calidi emplastrum generis Rx foliorum
malve et bismalve absinthij an ʒ.
ii. farine ordei ʒ. ii. assungie galline
anatis an ʒ. i. dactilorum ʒ. iii inmala
gis seminis lini et fenugreci an ʒ. s. con
quassentur et aggregentur ex eis emplastrum
de mellilotis mollificatum cum oleo keyrino

De dol. stomachi

Causa doloris stomachi aut est materialis
aut immaterialis si immaterialis tunc erit
mala complexio sine materia si materialis
tunc erit cum materia quia aut colica acuta mor
dicativa aut flegmatica aut melancolica aut ex
flegmate salso aut vehementia frigoris eius
aut solo continui aut ventositas aut cum
corruptione. Signa generis ista quia stomachus
contrahitur conturbatur constrictatur et de
figura in figuram mutatur et quandoque accidit
ei tremor cordis et scotomia. Signa
specierum ista quia si fuit a materia colerica aderit
punctio mordicatio oris siccitas cordium
in mente et palato et amaritudo oris
Si flegmatica non erit inflatio neque sitis

Bernardus dixit
In dol. antiquus stomachi [illegible] et [illegible]
[illegible] in hoc [illegible]
[illegible] ʒ. s. abs. ʒ. ii [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] vel [illegible]
[illegible] et fit [illegible]

maifesta frigiditas in stomaco quia si fuerit
salsum parit salsedinem. Si melancolica aut
vero acra acetosi splen est lesus dige
stiva distinguit aut maiore sit humores
per id quod egreditur in vomitu et egestione
amplius complexio etas tempus annus regimen pre
teritum et reliqua particularia. Si in eo fuerit
ventositas aderit ructuum multitudo ex
tensio singultus mutacio doloris de loco
ad locum gingulacio in inferioribus stomaci. Si
in ipsa fuerit ventositas vincit herbas fri
das et acidas cibos inflativos frigus
frigiditatem pedum et manuum accubitum ia
cendi in supinum potum aque frigide et quan
dam sit in eo inflacionis stomaci moveret in
aere sicco calido calefiat extrema sua
et fricet ea fortiter vitat cibis facilis dige
stionis et parve quantitatis fiant cristeria
carminativa ventositatem in quibus decoque
natur electuarium de bacchis lauri gera
pigra ana ℥ j ʒ j mellis ʒ ij salis ʒ ij
et ponant cum eis ʒ ij olei camomillini oli
anetini vel ructuacio si post dolorem non re
maneat cibus in ore stomaci. Recipe vinum vitel
lum ovi recentis et duo coclearia mellis
et masticis grana xx terant mastix et
ponantur omnia in una testa ovi et coquatur
in cineribus calidis et sumat et fiat hoc
per tres dies continuos est ei expertum ut dicit
azaravius libro xxvi. De approxima
cionibus ab extra est ventosa magna super lo
cum mirach vetris in medium ita ut comprehendat
ex omni latere umbilicum et dimittatur per
horam absque incisione. Et conveniunt in principio
inunctio ex oleo anetino et nardino et
similibus que si non contulerint recede ad fortio
ra igitur ebulliat ruta castoreum radix
et anisum conquassata in oleo laurino et
infundat in eo lana et calida stomaco ap
ponatur fomentum vesica plena oleo cali
do quod multum valet panis ut contrahat
a furno calidus accipiat et per medium sci
dat in melle intingat et sic calidus stomaco
supponatur. Et quidam aspergunt desuper
pulverem cumini aut nigelle nucis. Emplastrum

Recipe cumini bacchis lauri piretri nastur
cij castorei rute sicce seseleos siler
montani quantum sufficiat conterantur et bu
dolore(m) eor(um) fit corona regia et decoq(ua)t(ur)
in aqua modica donec liquefiat dein
de terat(ur) et misce(atur) cū ea farina semi
nis lini vitellos ovi crudos et vinū coctum
et supponat(ur). Vitandus est motus. Dixit
paulus in omnibus apatibus virge. Aliqu(ando)
vero nascu(n)t(ur) in virga pustule bothora
les que aliqu(ando) sunt in cute eius aliq(uan)do nas
cu(n)t(ur) intus in foramine qua(rum) cura est ma
acuta baurachia. Et eruptor(um) ad ex
tra eorum cura est sicut cura apatum rupto
rum ad intrinsecū foramen virge. Que
vero fiunt ab extra fomentu(m) debet cū
aqua calida et sapone ut rarefiat et
attenuet(ur) superficies pustular(um) et materia ea
rū deinde supponat(ur) emplm foliorum
vitis aut emplm ex fenugreco semine
lini et altea. Sed aut(em) maturacione inge
mandum est ut corrumpat(ur) pustule frica
tur ergo virga leniter sup(er) ventre mu
lieris donec virga erigi videat(ur) deinde
repente comprimat(ur) quia p(er) tale compressionem
rumpu(n)t(ur) pustule et emittit saniem. Q(uo)d si
non erupit rumpat(ur) cū aliq(uo) instrumento et
mundificet(ur) et consolidet(ur) et de utilib(us)
est pulvis aloes mirre aut colofonie
et mirre. Nascu(n)t(ur) aliqu(ando) sup(er) virga caro
mortua et bothor et sunt aliq(uan)do mollia sic(ut)
mor(um) et delet ea pulvis subtilis factus
ex corticib(us) granator(um) acetosor(um) sup(er) asp(er)
sus. Sunt aut(em) quidam habentes pellem
supra p(re)puciu(m) valde inflatā itaq(ue) eam
retrahere non p(ossu)nt et in p(re)putio sub ea sunt
ulcera et tu(n)c oportet ut inflacio tollat(ur)
que si fuerit cū calore fit portulaca et
in aqua decoque sive viride sive siccu(m)
et sup(er) inflacione pone et confert emplm

Experimentum verum ad cancrum [illegible]

[illegible]

Nicolaus

[illegible]

Hoc unguentum quod ponitur ab auctore 20 [illegible] in capitulo de ulceribus virge [illegible] magister Jo. Garzonus in duo [illegible] no de Grassis pandit [illegible] et [illegible] in virga [illegible] thuris aloes sarcocolle [illegible] gallarum balaustiarum [illegible] unguentum cum oleo ros.

fiunt de foliis malue et violarie et fumiterre cum oleo violato et frequentata. Si autem ipsi inflacio fuerit cum frigiditate supponatur cepe lilii decoctum et incorporatum cum assungia porci veteri quod si non resolvit inflatio tunc secetur incidatur pellis inflata secundum longitudinem eius cum rasorio et fiat incisio tanta quod preputium totaliter discooperiatur et curentur ulcera. Et ipsa quidem lavanda sunt cum vino calido solum vel decoctione rosarum aut decoctionis salvie secundum necessitatem. pellis vero incisa suatur et super suturam ponatur pulvis consolidativus. Si autem ulcera preputii vel alterius loci virge indigeant mundificatione mundificentur cum unguento apostolorum aut viridi et consolidentur pulvere qui fit mirre aloes incensi capilli cum superaspergatur et desuper ponatur pannus infusus in vino. Et confert pulvis aloes solus aut pulvis mumie solus. Et pulvis radicis arnoglosse est ultimus.

De complexionibus matricis

Jam quidem signa caliditatis matricis sunt caliditas in toto corpore paucitas menstruorum et eorum fetor et dolor in partibus epatis et multiplicatio ulcerum in matrice. Accidit oris siccitas sitis orisque amaritudo pilorum multitudo in pectine rubor in urina et demum pulsus est velox atque appetitus magnus ad venerem cum multa delectatione et veloci spermatis effusione vel emissione. Frigide vero complexionis signa sunt retentio menstruorum prolongatio mundificationis usus abortivorum infrigidantium insensibilitas veneris prava paucitas coitus paucitas pillorum paucitas tincture urine pulsus tardus paucitas appetitus ad venerem. Signa complexionis humide sunt fluxibilitas menstruorum multitudo humiditatum menstrualium abortus fetus non delectatur in venereis urina grossa et plena humiditatibus. Signa complexionis sicce constrictio menstruorum et eorum grossities paucitas cursus eorum appetitus coitus sed pauca spermatis emissio corpus siccum et [illegible]

atum labia matricis sunt sicca urina subtilis et limpida

De causis sterilitatis

Causa sterilitatis aut est ex parte viri aut cum occulta et superiori nam corpora celestia influunt super aliqua individua ut nullo modo sperma eorum sit generativa ut experientia declarat et quidem influunt ita ut sperma eorum nimium generet ut in civitate florentina patet. Ex parte autem viri hoc est aut ex mala complexione spermatis aut quia sit calidum adustivum aut frigidum coagulatum aut humidum fluxivum aut sit dilatatum. Ex muliere quidem ut ex mala complexione matricis vel morbo organico eius vel humore eius in concavo matricis continente. Ex causa corporum supercelestium licet hoc non affirmet Avicenna tamen hoc relinquimus astronomis. Accidit autem sterilitas ex parte instrumentorum generationis viri ut est debilitas vasorum spermatis aut membri digestive aut incisio venarum que sunt post aures aut cum perforatur vesica lapidis aut cum absconduntur testiculi aut cum implastrentur jusquiamo nigro aut propter virge tortuositatem aut abreviationem. Accidit etiam sterilitas ex parte eorum cum vir non convenit cum muliere in ipso actu et in uno tempore et sterilitatem esse ex errore post complementum ut si fiat motus laboriosus et velocitas erectionis propter emissionem spermatis. Aliquando esse ex timore gaudio immoderato tristicia vehementi sterilitatem esse et saltus fetus post coitum a muliere ad posteriora. Sunt et alie cause ut cum vir et mulier inveniuntur eiusdem complexionis. Scias preterea quod causa prohibitionis impregnationis aliquando est nimia frigiditas aut siccitas que coartat orificium matricis aut nimia humiditas sterilitatis et nimia caliditas. Constantinus dixit in xviii pantegni quod multi impediuntur a generatione ut sumendo propter maleficia ut sumendo testiculos galli suppositos lecto cum ipsius sanguine efficiunt ne possit fieri impregnatio et sumendo caracteres scriptos ex sanguine vespertilionis aut grana fabarum que nec mol

Var

Experimentum [illegible] ad impregnationem ut mulier sumat omni mane [illegible] magnum [illegible] cum vino [illegible] diebus [illegible] et singulis diebus [illegible] et [illegible] leporis et [illegible] deinde [illegible] balneum et [illegible] viro et [illegible] mulier [illegible] sperma et [illegible] mulier omni mane sumat [illegible] et [illegible] est melancolia [illegible] diebus [illegible] et aqua [illegible] et fiat suppositorium [illegible]

lisciunt in aqua nec in igne coquatur
quod maleficium est pessimum aut sumedo
acus ex quibus suit mortui et hoc affir
mat gordonius gilbertus et johannes de sancta
sophia et tunc cum dixit quod curatio eius
qua par indiget permutatum non pendet ex-
mente. Cura igitur est ut si a calido labat
ad siccitatem eligant moram in aere contrario dis
crasie sue. si vero ad dissimile eligat aerem
dissimilem sue discrasie utat levi utitur
exercitio temperato sompno et vigilia temperata
cibis et potibus bonum sanguinem generantibus
ita tamen ut fiat bona digestio in stomacho et epa
te et expurgent ab omnibus superfluitatibus
. Confortat et generacionem spermatis et
membrorum puerpalium diamuscum dyabuxum
et electuarium de viloaloes que debent
exhiberi in complexione calida cum frigidis
et in frigida cum calidis. et in siccam cum humec
tantibus et in humidis cum exsiccantibus. Res
vero convenientes coitum sunt ut eligat tempus
in fine mundificationis menstruorum et pro
longet dimissio coitus a tanta prolon
gatione ne corrumpat ambo ea spermata
utantur ludis ad superiacuum aliqua vo
cant et sint ludi cum verbis que pertinent
ad coitum et cum osculis et amplexibus et
tactu sicut mamillas et adhereant ad
invicem aliquando vocat excogitando super vero
girando super coitum donec mulier deside
raverit perveniat ei vir fricando quod
est inter anum eius et desuper vulvam et
conet vir adherere mulieri adherenda
versus os eius. cognoscat autem vir mulie
rem spermatizare cum viderit oculos eius
mutari ad rubedinem et eius hanelitum
elevari et verba eius balbutire. emissis
spermatibus adhereat vir ei per spacium ne aer
ingrediatur ad corrumpendum sperma. ante in
coitum mulier habeat intestina mundata a feci
bus et vesicam ab urina et sumat electu
arium expertum ℞ utriusque testiculi vulpis
ʒ. i. ß. testiculi verris dextri si querit masculum
vel sinistri si querit feminam desiccatum in
umbra limature eboris siseleos matris

leporis exsiccate coagulan eius ana ʒ. ii.
pulverizentur et cum succo ro. confiant
et sumat ex eo omni sero ʒ. ii. cum brodio
vel vino. Si in eis fuerit caliditas digre
ratur humor colicus cum syrupo qui sic fit
℞ endivie epatice acetose rostri porcini
amaranti artimisie ana m. i. capillorum ve
neris reubarbari chantos politrica fumiterre
ana m. ß. rosarum rub. violarum florum boragi
buglosse nenufaris ana ʒ. ii. decoquantur
in aqua sufficienti et coletur et colatura
syrupizet cum zucharo et aromatizet cum
sandalis. deinde evacuetur ei appropriata
. Et si in eis fuerit frigiditas et humiditas
que sunt plurimum ut dicit Avicenna accidit et est
receptibilius cure. digerat cum syrupo qui sic
fit ℞ betonice mellisse artimisie pul
legii maiorane calamenti ana m. i. radicum
enule apii yringorum apii feniculi et assari
ana ʒ. ii. seminum anisi siseleos amomi passu
larum ligni rubee tinctorum ana ʒ. ii. fiat
decoctio que sirupizetur cum melle et
acetoset cum melle sqliticio aceto. et aro
matizet cum gariofilis macis et nuce mus
cata dosis ʒ. ii. cum aqua que sic fit ℞
canamomi contusi ʒ. i. et in lib. iii. aque buliat
ebulitione bona deinde removeatur ab ig
ne et reservetur digesta materia evacuetur
cum electuario indo et post hanc purgacio
nem utatur mulier omni septimana semel pil
lulis que sic fiunt ℞ viloaloes carpobalsa
mi siseleos assari masticis muscate ana
feniculi ʒ. i. nardi calami aromatici squinanti
ʒ. ß. mirabolanorum kebuli bellirici ana
ʒ. vi. emblicorum citrinorum indorum ana ʒ. iii. ß.
aloes acotrini ad pondus omnium confiant cum
succo feniculi dosis ʒ. i. cum vadit dormitum de
rum omni die mane et sero ana cibum fiat
de confectione que sic fit ℞ galange zin
ziberis ana ʒ. ii. viloaloes canamomi doro
nici zedoarie macis gariofilorum nucis musca
te foly rasure eboris siseleos ana ʒ. ß.
sandalorum albor et rubeorum ana ʒ. ii. am
bre ʒ. i. margaritarum ʒ. i. ß. musci grana
vi zuchari quantum sufficiat dosis ʒ. iii cum potu

Signum expertum … est … si an … vel
… accipiant duo vasa terrea et
ponunt … et vrinet vir in vno
et mulier in alio et stet per … sic
per … dies et … non …
… est in culpa …
in duabus ollis … de terra et mingat
vir in vna et mulier in alia et stet
per … 14 dies et in cuius vrina …
est … invenies vermes et putre
dinem … vel mulier et … et
post hoc …
… non … per … sperma

Nota
ponere unam medicinam in prohibitionem impregnationis est vinum virgis in hora coitus
et alkitram ... quod si quis utatur ea fit sterilis
... supposito ... semine corrumpit
... cuitamine ... prohibet impregnari

vini odoriferi parum. Cristere deuis(?) R. artemisie matricarie an. m. i. radicum peonie carui siseleos an. ʒ. i. decoquatur et in decoctione ponantur cataputia imperialis ʒ. i. indis kebulis ʒ. ii. salis ʒ. ii. factis purgacionibus et naturale fiet ex nuclurali(?) stricte et ligata cum filo quod evacuat humiditates matricis sine lesione et supponatur omni die usque ad iii vel quatuor dies

De prohibitione impregnationis

Avicenna dicit quod necessarium est aliquando prohibere impregnationem et maxime in parva super quam timetur de partu et in ea in cuius matrice est egritudo et que est debilis secundum naturam aut secundum accidens et in ea in cuius vesica est debilitas nam gravitas fetus facit possidere sciscitacionem(?) in vesica eius. Ideo si talis impregnetur dubium est ne moriatur aut veniat ad dispositiones malas aliter non est licitum prohibere impregnationem. Primo quod est faciendum ne mulier coeat cum viro secundum formam dictam in precedenti capitulo et post coitum statim saliat ad posteriora ad octo vel novem saltus et fortassis egredietur sperma. Iuvat etiam ut tussiat et perurat per gradus scalarum aut ascendat festine aut elevet onera. Et sucus mente suppositus ante coitum corrumpit sperma et prohibet impregnationem et si alkitran ungatur ~~...~~ in tempore coitus vel tr. est melius omnibus medicinis ad prohibendum impregnationem

De signis conceptionis

Scias tamen quod primum signum considerandum conceptionis duarum emissionum spermatis simul et post finem coitus horripilacio cum rigore et coadunatio orificii matricis et abstersio eius absque duricie et cum vir sentit matricem sugere virgam et adherere ipsam ad eam et elevatio mamillarum ad superiora et durioram(?) vel que rotundat et retencio menstruorum aut pauca ipsorum emissio. Dicit Simeon quod si post coitum mulier invenit dolorem pulsativum in ventre et dorso iam concepit et in processu invenit ponderositatem in cova et mutacio colorum in mamillis et inflamacio carum(?) et duricies in eis et accidit nausea et eructuatio acetosa et color oculorum convertitur in citrinum et post mensem unum vel tres corrumpit appetitus mali. Amplius de signis cognoscendis an mulier conceperit est experimentum ypocratis quod aliquando affertur et est ut exhibeat mellicratum dormienti in hora dormiendi ʒ. ii. et si quidem torsiones habuerit circa ventrem concepit si vero non minime. Aliud experimentum est ut supponat alleum et super ipsum dormiat et consideret an inveniat saporem eius et odorem in ore an non quia si sic non est pregnans

De regimine pregnantis

Ut autem conservetur fetus et confortetur matrix et orificium eius in sua constrictione consistat regimen complet dieta et pocione. Dieta consistit ut mulier non moretur in aere multum distemperato ad aliquam qualitatem nec ventoso nec nebuloso neque fetido neque horribili. Demittat iram et furorem sit leta pro posse gaudio utatur moderato evitet congrue fugiendo repentinum motum et forte maxime primo a partu quiescat usque ad v. dies donec firmetur perfecte os matricis in sua clausione non assiduet balnea ymo caveat ab illis nec faciat longam moram in sole nec inimperat capita fortisse ei accidet coriza et tussis et sternutacio unde commovetur fetus et sequitur aborsus et cooperiat os matricis lana levi vel alia re simili et hoc temporibus frigidis pane utatur modo carnibus animalium modice pinguedinis sint ab bonis nutrimenti facilis digestionis vitet amara acuta inflamativa sumat in potu vinum nigrum odoriferum vetus et sit clarum in secunda mensa sumantur passule citonia dulcia granata quod si lutum et carbones desiderent corrigatur stomacus eorum sicut dictum est in capitulo de derectione appetitus reficiant ter in die paulatim ne forte stomacus gravetur lenificent ventres eorum in primo mense coitum vitet demittent provocativa menstrua et

de diureticis

et omne diureticum · de purgacione pregnantium dico si cum purgacione oporte-
at purganda est a 4° mense inclusive
usque ad septimum exclusive secundum sententiam
ypocratis et secundum mentem in minori dosi et
cum cautela et Aurelius dixit oportet ut
vehemens sit studium in confortando sto-
macum earum cum eis que sunt sicut gelema-
bin cum mastice et xiloaloes et similibus
et dixit earum sint sicut electuarium de
margaritis et ponit a Sapione c° l
man ℞ margaritarum non perforatarum pi-
retri ana ʒ i ʒ ii · masticis ana ʒ iiii zedo-
arie doronici sericis cassie lignee carda-
moni nucis muscate macis cinamomi ana
ʒ iii been albi been rubei piperis ma-
cropiperis ana ʒ iii cinamomi ʒ ii zucha-
ri albi et depurati quantum sufficit dosis
est coclearium unum et est pondus 4or
aureorum ipsum eam rectificat · disponentem
matricis confortando virtute augendo dige-
stionem et consumendo humores superfluos
qui aggregantur in pregnantibus · in autem
vero quod illud electuarium est multe caliditatis
et quod dosis eius sit nimis et quod non debe-
at transire ʒ i · diamargariton autem
bonum fuerit ad dolores ventositatis pregna-
tium · modus confectionis utilis ex parte qua
confortat digestionem in pregnantibus cas-
tra tollit ventositatem carminat humi-
ditates superfluas consumit et dolorem mi-
tigat et prohibet aborsum ℞ kara-
be masticis rute xiloaloes margaritarum
non perforatarum ana ʒ i · corallorum rube-
orum nardi macis been albi et rubei
cinamomi sandalorum citrinorum cardamomi
ana ʒ i s · zucharum quantum sufficit

De subveniendo accidentibus pregnantium

Aulus dixit quod in maiori parte earum
accidit superhabundans et frequens
vomitus et sputum cum saltu cordis
et defectu appetitus et accidunt eis ulce-
ra propter appetitus corruptus dolor stomaci
et ventris superfluitatis menstruorum apertam
pedum dolor capitis et vertigo stranguria

et ventris stipticitatem superflua · nam
casus appetitus accidit eis primis mensi-
bus propter repleccionem et retencionem menstru-
orum · confert gustatio dulcis cibi
et potus aque · Aurelius tamen dixit quod debet
uti pauca aqua solum confert potus vini
odoriferi et vetusti · de vomitu autem et
nausea conferunt cibi in quibus est stip-
ticitas cum caliditate subtili sicut virga pa-
storis decocta in vino de qua sumat
parum cum cibum et post cibum et emplastre-
tur os stomaci ut dixit paulus cum foliis
vitis cum castoreo et aceto vini odoriferi
et conferunt emplastra facta ex citoniis dactilis
albis siccis a inmaturis et calamo aromatico
et spica cum vino odorifero antiquo
et si fuerit illic dolor et inflacio u-
tatur semine feniculi et anisi et si fuerit corrup-
tus medicificet stomachum earum cum eis que sunt
sicut aqua gelemabin facti cum rosis per-
sicis et polipodium siccatum et appetentibus
bus lutum quia evacuat materiam melancolicam
deinde rectificat appetitum cum acetosis et
rob de agresta · et scias quod desiderium
pregnantis est corrigendum blandiciis neque
ex toto sit denegandum que appetunt mul-
tociens enim propter totalem prohibicionem cibi de-
siderati patiuntur aborsum · Ad vomitum
autem earum supra cibum oportet ut post cibum detur
stiptica aromatica sunt citonia assata et per
se cum infusa sit in eis frustra xiloaloes
indi et fiant fricationes manuum et
pedum et emplastretur stomachus earum et lutum
armenum est de eis que sedat nausea
stipticum · Si vero fuerit vetositas stomaci
℞ cimini cardamomi infusi in aceto
et postea torre facti olibani origani
pista ana p. i. castorei tertia illius partis
sumat et de pulvere huius sicco a
medio aureo usque ad unum · si fuerit
saltus cordis qui accidit vicio oris stomaci
et humiditatis stetit in eo ideo purgandum
est potu aque calide et tenuis · Si autem
supervenerit eis fluxus menstruorum quod
autem fluit per venas cotiliconas et in mulieres

sanguinea. Si vero provenit virtute non retinente... si autem fluit per venas intercus constringendus(?) est cum specialis(?) non aromaticis, nam acute provocant menstrua ut dicit Ypo. et ista sunt: lentes, psidie, balaustie, acacia, galla cum pulvere glandium et cortices castanearum, cortices granatorum, decoquantur in aqua et administretur vel eis tina in qua sedeat, ut dicit Avicenna. Et emplastrum fiat ex gallis, balaustiis, corticibus granatorum et fructibus immaturis cum aceto ponatur super pectus. Cum vero apostemat pedes earum et inflant et subtilient regimine in cibo et potu et bona procuretur digestio in omnibus membris et emplastrentur pedes earum cum foliis cauli in aqua prius bullitis. Alii autem extrahunt succum ab eis et cum farina ciceris et fabarum vel orobi emplastrum componunt.

De Regimine facilitatis partus

Regimine facilitatis partus quod attendit ante partum et quod in partu et utrumque complectitur dieta et potione. Et dieta quidem ante partum consulit consistit ut inhabitet aerem temperatum sit leta et iuvet ei de parturientibus que fuerunt facilis partus. motum vitet temperato et fricatio extremorum inferiorum fiat et cum appropinquat partum per 20 dies dicit Avicenna necessarium est ut assiduet tina, et melius est ut fiat extra cellam balnei que sunt in domo habitationis sue ut non cadat virtus cum hiis que sunt sicut malva bismalva violaria et radix lilii albi et cum exierit a balneo fiat unctio pectinis dorsi et inguinum cum oleo camomillino anetino et keyrino. Est autem de utilibus decoctio olei liliacini et amigdalarum dulcibus cum pinguedine anatis et castoreo(?) dant in vulva sua unguenta mollificantia et mucilagines mollificantes propinquas ad caliditatem et sint tepida non frigida. hec autem fieri debet cum mulier magis appropinquat statim partui nam partus facilitatur

et plus dormiat quam vigilet. et ante partum occasione vivat(?) sit cibus eius ex oleribus mollificativis carne pinguis et gallina pinguis sumat iura earum. ante cibum utatur passulis cariis et dactilis pinguibus vinum bibat album odoriferum aliqualiter lenitum sit ei venter lubricus. et dicit Rasis quod coitus confert ... nam dicit ipse legi in pluribus libris quod coitus viri cum habente in utero faciat facilem partum et hoc est proximum rei que provocat menstrua. Cum autem incipiunt accidentia partus locet mulier in aere temperato cum declinatione ad caliditatem et si est yemps accendat ignem et si est estus eventi(?) ipsum et odoret odores delectabiles in parva tamen quantitate in casu necessitatis ut confortet virtus. Si vero accidit sincopis variet secundum varietatem dispositionum. si fuerit frigus odoret muscum gallia muscata et xiloaloes. Si autem calor sandalum cum camphora. In tempore vero temperato suffumiget vulvam cum xiloaloe et sandalo. preterea confortetur solacio et eloquio confortativo. Et Avicenna dixit sedeat mulier hora una et extendat pedes suos deinde resupinet supra dorsum suum, postea surgat subito et ascendat gradus et descendat et clamet et si non fuerit valens per se ipsam ambulare sustentet et faciat eam sedere in aqua decoctionis malve et altee usque ad umbilicum maxime si sicca fuerit balneare deinde faciat eam sedere. Conferunt sternutaciones fortes nam per eas comprimit venter et ideo precipit ut fiant sternutationes sive sponte sive artificiales et fiant frequentes. hoc autem fieri debet constante virtute. Cum autem magis appropinquat partus et aperit os matricis et incipit augmentari et aperiri suffumiget cum aromaticis et prope cum iam stricta(?) secundina et si sitit parum bibat et iterum mutat aerem aperiendo sinum et cum rumpit tela et incipit aquosa humiditas exire attrahat anelitum cum fortitudine et impellat fortiter ad inferiora nam talis impulsio

Nasale ex ... fortiter fetum expellit et similiter ... et bibita et ... [illegible] ... fortiter ... expellentibus ... fetum ... Landano

et magis iuvamenti · scribit 4° contra
q parturiens non debet sedere sup scrip
nu nec opmi debet qui pturit nisi si
tactu fuerit os matricis et invenatur
q sint aptiz tendens in augmentu et
apacone ipi9 paulatim · et cum pfectam
apacone fecerit iuxta modu contentu
papiendu ei ad comprimendum et expellendum
fetum et in tum fiant iunctiones pec
tinis et dorsi et membrorum ptus cum unctio
nibus adipibus mucilaginibus aperientibus
et mollificantibus membra pdicta et quando ne
cessarium est tibi ut cristerizes clistizes
cum eis vulva ita ut papias q ponatur
sub anchis suis ut sit resupina sup
pluminar et elevet pedes eius et a
periant coxe quantum possibile est et
effunde in ea lubricantia et alia similia
cum electione ultra i cana cuius longitudo
sit longitudo matricis · s · colli eius et
dimitte ea

q humiditates iam incipiunt fluere tunc
g fac eam sternutare et sedere sup scrip
num et pape ut comprimat inferiori sic
in tenasmone
Gordonius dicit eligit obstetrix habens
manus graciles et digitos longos et di
latet orificium suum et cum apparet secundina
nisi si non tenuit pp grossitiem sua scin
dat unguibus obstetrices et post extractio
ne secundine intromittat pessarium ray
naldi de villa nova sine timore ab
orsus ℞ ysopi madidi lily origani
calamenti ana ʒ · iii · y · termentine ʒ · i · inci
ceant et involvant in lana et suppo
natur · Et si in administratione exstractione
secundine et constringat vulva evacuatis
humiditatibus effunde in ipam adipes
liquidos et mucilagines et albumine ovi
~~et qum ipi9 est regimine nutribile~~
qum ipi9 est regimine nutribile · ci
baria aut conveniencia i ptu durio sint
parve quantitatis et multi nutrimenti et facil
digestionis ut panis ablutus bene ppatus
cum zucharo et aqua carnis vinum bonum
odoriferum brodium pullorum coctorum usque
ad ossa · vitella ovorum sorbilia · Si at
diu pturiet ℞ fenugrecum et ab
luat et coquatur et bibat de aqua eius
quia requiescere facit dolorem et fes
tinat ptum si vires fuerint debiles da
ei in potu aquam carnis confectiones re
cipientes testiculos gallorum ova sorbi
lia et suppositoriis lenibus educat fe
ces si sponte non exierunt · Medicame
nta confortantes ad faciendum ptus
quedam simunt interius ℞ cassie fistule
ʒ · s · foliorum rute sicce ʒ · iii · mirre ʒ · i ·
et sumat dos ʒ · i · cum ʒ · i · aque fructus
savine · iti pille quas Rasis commu
dat ℞ trocisci ℞ cinamomi ʒ · v · florum
camomille cassie lignee optime ʒ · vii · sa
vine ʒ · v · mirre ʒ · v · aristologie ro
ʒ · v · storacis calamite ʒ · ii · musci drac
i · conficiatur pille et da eas de tribus horis
i tres qualibet vice aureum i · cum ʒ · viii
vini veteris et de hoc fiet post unctio
nem et lenificatione · Medicamen usu
ale ad faciendum ptum facile i actu pte
℞ corticum cassie fistule ʒ · vi · et bu
liant i vino albo sicut ulla usque ad consump
tione mediat et colet et det i potu
natus unus · simpliciter cum brodio ciceris
rubeorum posito i eo ʒ · i · cort cinamo
mi sive savine i potu assari et castorei
ana ʒ · i · et det cum brodio ciceris rubeorum
pille bone ℞ savine ʒ · ii · cassie et
armoniaci ana ʒ · s · dos ʒ · i · de me mis
iuvantibus a pprietate tenet mulier in
manu ut dicit Avicenna sinistra magnete
aut alliget coxe aut limatur cum ane
ungule asini · et de utilibus e dicit
albertus cor galline ligatu coxe dextre
mulieris cum fassia gallina adhuc pal
pitante et sumendo i potu ipa hora co
ci ʒ · ii · corticum cassie et cinamomi ana
ʒ · ii · pare facit et e copti et invenitur
verum cum vino et modico oleo · istud enim
non solum facit ad ptum difficile sed etiam

T · 2

ad educendū fetū mortuū. Et si in
eā fuerit debilitas uirtutis aut putris
matricis illiniat inferiora mēbra et
dorsum cū oleo sisamino et oliue tepi
do et sedeat in balneo decoctionis feni
greci camomille mellilotti et ster⁹ muricez
inducens cū dictamno dato cū uino uel
aqua. Et necesse est dixit albig q ob
stetrix cognoscat figurā partus naturalis que
est ista qm̄ qn̄ tu uides mulierē cōp̄mi
ad inferiora et desiderare et odorare
aerē et alleuiat quod ē sup ipā d' partu
et festinat exitus embrio tūc scias q̄ ille
partus est sm̄ figurā naturalez et est exitus
eius sup caput suū et secundina cū eo
uel pendens uel suspēsa cū umbilico.
Cum g° uides hec signa tūc oz q̄ cōprima
tur venter eius ut descendat embrio ue
locit. nā qn̄ descendit sup caput suū
descendat secundina cū eo et modat illis
sup fluxibus modificatōe bona. Cum
aūt est pter hoc ē partus innaturalis qm̄ qn̄
egreditur fetus sup pedes suos ut egredia
tur corpus añ caput ipius et pedes ante
aut egreditur corpus eius sil' et manus
eius aut egreditur venter eius et fortasse
iacet sup dorsum suū aut latus suum
tūc partus est illaudabilis. necesse ē g° ob
stetrica ut sit prudens et subtilis i oībus
rebus istis. Et si partus fuerit naturalis cū
difficultate fac eā sedere et eā teneat
mulieres et vaporet eius uulua cū feni
greco decocto cū oleis humidis et penta
rizet mulier cū ea mucilagine feni
greci et oleo sisamino et fac eā so
micare. Et si egrediatur manus i primis
tūc reducas eā cū subtilitate paulatine
si nō obedit itrorsum tūc pone mulie
rē sup sede et eleua pedes suos sursu
deinde concute sede sup terrā et teneat
nec cadat añ concussione. Et qn̄ egreditur
fetus sup pedes suos repellat eas sur
sum et cōuertat fetū paulatim deinde eqt
ipm deinde accipiat pedez eius et extra
dat ipm paulatim De extrācione fetus
mortui
pit Ras ad cōsiderandū fetū mor
tuū dix Ras ix contineti. precipe
mulieri ut iaceat supra aliqd'
latus quia si fetus erit mortuus cadit
inferi⁹ ad modū lapidis et murich pe
nes umbilicū erit frigidum. tūc signum
q detumescat mamilla. et 4° accidit
humiditates ex matrice fetide virulente et
quaz fit cū moritur fetus et añ illud ut
denigrat oculus pregnātis ad profundū
et fiat albedo oculi fusca et quaz fit ri
gida auris eius et extremitatis nasi cū
rubedine labiy et est dispo eius similis
ydropisi yposarce. Regimē fetus mor
tui est ut administrēt prius medicine extra
hentes ipm. Et de illis que faciunt illud
a proprietate est vngula sinistra asini quia
si cū ea suffumiget mulier p traiectu
rū velocit' extrahit ipm ipm. Medi
camine forte ℞ assa ʒ. s. rute sicce ʒ. iij
mirre ʒ. ij. et ē dos ʒ. j. cū aqua sauine
et sint dos ʒ. j. mane et alia vespe.
Aucenna vero dixit q si sumat aque rute
ʒ. iij et tñ dez aq fenugreci decocti cū
ficubus ex similis decoctione multa et
origani ʒ. iij lubricat fetū mortuuz
pessariū forte ℞ ellebori nigri stafi
sagria. aristo. ro. borbor maren gñia
mezereon et pulpā coloquintide armo
niacū añ. terāt oīa pter armoniacū
quod dissoluat i aqua et aggregetur
cū eo reliqua et inde spargi ligata
ad coxaz nō uulua statim fetū eiciet
ut sed amoueat statiz ne minus sanguis
effluat. Que si nō cōfert extrahendus
est cū ferro ne apostemet et inflet. Ex
tractio eius est dix Aucenna incisio eius cū
ferro et cōsiderari debet an sit salubris
matri an nō. Et si fuerit ex illis que
sit apte saluari simus audaces i curacōe
eius et si nō abicat illud. Mulieri ei
cū dispō est mala accidit sincopis cum
vigiliis et obliuione et mollificatōe et dis
solucōe et cū vocat fortasse nō rñdet

et cū clamatur alta voce ↄ̄ vīdet debilit'
deinde superuenit sincopis et pulsant car
laccerta et est pulsus eius frequens et paruus
sed illis que sunt apte saluari nil accidit de
hijs · Modus aut̄ extractionis fetus mor
tui per cyrurgiā dicet' ī loco suo · Medicina
Inurbilit' prouocans fetum mortuum
et secundinā ℞ galbani ʒ · ij lactis capri
ʒ · j · dissoluatur galbanū et det' ad potandū

De extractione secundine

Siquū secudina post ptum ↄ̄tinetur
et retētione eiū mulieres ꝑicli
tantur vn̄ festinādū est ī eius ex
tractione nā sb'a eius facile corrūpit de
relicta a ↄ̄gīe nē ideo auctore haliabas
cura debet eē festina timore piculi et
ingenium ī hoc est ut mulier sternutet
cū hijs que sternutare faciunt ↄ̄tineat
anhelitus nam facilius ex hoc emittitur
quidā et volūt q' vomitus prouocetur
et eructuatio prouocatiua ad lubricatio
nē secudine nā licet moueat superiora
ↄ̄ueniūt tn̄ in expulsione secudine · Si
aut̄ secudina extendatur trahatur pau
latim cū facilitate et subungat manū
obstetrix sinistrā ī oleo sisamino · Si
aut̄ fuerit ānexa ī profundo extra
hat eam paulatim ꝯm rectitudinē et
non oportet ut in hoc sit labor · Si
aut̄ fuerit retētio eius ꝓp vehemētiā
opillans, dilatet oportet ut examinet
aut cū digitis aut cū effusione vnguē
torum calidorum que fieri debent post eua
porationes · Medicine aut̄ educētes se
cudinā sunt que prouocāt abortum et
educāt fetū mortuū et durētiāi for
tia, et de illibꝰ et expt' ꝑ micholum
multociens est borax et illis minerā
lis et artificialis · ipsā et cū bibit ex
ea ʒ · j · cū vino subtili vel aqua arte
misie expellit eā velociter et hominē
forte in quo fuit maluauiscū ↄ̄fert
Et nicolus dicit experiri hominē
cū oleo et profuit · Si aut̄ doluerit
mulier ex ventositate vel ex ↄ̄tētione

secudine da ī ieiunio pondus huius
aurei ex triaca magna et statim libe
rabitur et ex illibꝰ ē succus marubij
cū vino subtili bibitus et balneum ex
decoctione calamēti mētastri pullegij
abrotani amarantri rubee tinctorum ge
ciane aristol' flos camomille mellilotum
et fenugreca et de expt' ad extra
hēdum fetū secudinā molā et sanguinē
congelatum vel coagulatum ī matrice
est suffumigiū factum ex hoc quod ℞ mir
re ʒ · j · ciuamoni galbani castorei an̄
ʒ · j · oppoponaci ʒ · j · ellebori nigri ʒ
ij · Conficiat' cū ꝯ felle vaccino et
proiciat ex eis sup carbonibꝰ et re
cipiat fumum · q' si nō exierit secudina
nō amplius laboret in ea sed dimit
tatur siue sit tota intus siue ꝑs extra
ligata tn̄ ad coxam et fomētat ī ma
trem cataplasmatum a · vngtm̄ basili
con quā putrefaciet ea et ex hoc ipam
et cadet putrefacta · Cū g° exierit ad
mīstra oleum rosatum ut confortetur
matrix et ↄ̄mouetur mala ↄ̄plexio · q'
si superuenerit accidētia suffocationis
et alia ex putrefactione materias cura
rūt cū hijs que dicent' loco suo

de Regimine enixe

Oportet ut enixa custodiatur
a frigore, vento aere lutoso
strepitu clamore ira tristicia
et teneat bn̄ coopta, pannis in loco ob
scuro gaudio gaudio et leticia Et opor
tet ut quiescat Et si fuerit necē moue
ri fiat cū facilitate dormiat modera
te et odoret odores, ↄ̄fortatiuos dix' Auic
nō ꝑmittet subito ad ↄ̄gīme grossum
quod faciat ipam febrire et debilitet v
tute digestiuā ī epate et multiplicet
sitis ipius et fortasse fiat ydropica et
si incipiat ydropisi epar nō est ei sana°
Et ideo quidā ꝑ ꝑma die ptis ↄ̄hibet
brodiū caponis vel galline pinguis et
carnes eorū ↄ̄tritas et oua sorbilia et
separant abos eis ad vices plures dādo

parū ī via ut virtus eius vinsicetur
et cohibet de diamargariton uel d'
confectione de gēmis et in potu cohi
bent ipa die vinū albū ad diluēdi
ne declive et limfatū mediocriter cū
aqua decocta .c. et si fuerit yemis dat
oīa actu calida. post hanc uero diez
usq3 ad vi si non supvenit febris in
grossat regimē eius et oportet ut ci
baria eius sint lēpa lenia et oportet
ut leniatur venter eius cū cristeribus
lenitiuis aut cū electuario lenitiuo fco
ex siracost cassia fist. et zuchar vio
lato. et cū peperit oz ut sit studiuz
ī provocatiōe menstruorū et om̄z aliarū
humiditatū retentarū tempore conceptionis
donec optīe mundificet et confert ī hoc
farina ordei in quo ē infusio subtiliatō
modica et ista coadiuuāt ad provoca
dū sāgīnē grossū qui si detineret pro
duceret mulierē ad pluimas febres
et apata et egritudines alias. Si ergo reti
neatur sanguis sit sollicitudo ī pro
vocatione eius. et securius in hoc est
provocatiū . vnū flebotomia ex saphena dt et
confert suffumigacio cū oleo pisas sallin
et decoctio maluauisca mulierē mo
dificant sedente si sedeat ī ea post
ptū et quidā decoctū ī vino et mel
licrato laudant eā et maxīe si fuerit
frigus et ruta pistata cū aceto mo
dico mixta et involuta ī pulue cimi
ni supposita utilr opat et mercurialis
contrita cū filo ligata supposita mirabi
lit matricem mundificant. Radix peo
nie post ptū bibita utilr purgat ma
tricē a superfluitatibus. et si recipiat
mulier fumū aliorum purgatorum et bitu
minorum positorum sup prunas statim pur
gabitur. Avic. aut dixit si nō cessa
sat hoc aliquid tunc uena est flebotomia
saphene ut extrahat sanguinē et prohi
beat nocumētū replecionis apat. eius
et flebotomia vene curvature poplitis ē fortior

De sirovemedo cimbz cmxc

est eis s. quibus supvenit egritudines
plurie ut febris de qua dixit
Avic. qui confert ei aqua ordei
nam cū hoc non retinet menstrua
et sir. granatorū dulcia et emulsio semi
nū citrulorum frigidorum et sirupus violatus et
endivie. et quia plurimum febrium causa est ex
retentione menstruorum. provocent ergo
menstrua cū rebus provocantibus aut
flebotomia saphene. Si aut accidit quod pro
magnitudine fetus in exitu eius des
cendat matrix et fiat unū foramen
ī vulva cū ano tunc ad introducēdū
matricem utat vino calido ī quo butiz
dissolutū sit et foveret diligenter
donec mollificet et impleat statim
vulva panno lineo et collocet supina
in lecto pedibus elevatis nec moveat
se donec facta sit consolidatio. et si accidit
ei inflacio ventris det ei ī potu dia
mare alkechingi bapinū origanum
et mastice cum equalitate quia debes
ista miscere sm quod videris oportunum
Ras. in continet dixit quod confert ei R
bapinū origani masticas an ptes equa
les vel pt. | et distēpent cum melle |
dosis ʒ j. aut aur j. Et mingabit ill
statim. Si aut accidat ei ulcus curtum
cū vngto albo aut ex vnguentis continentibus
sup mēbra nervosa et dolor matricis
mitigabit si sedeat ī aqua calida uel
tepida et iungat loca sua cū oleo viol'
dula tepido et inuncto cū oleo keyrino
uel sambucino si nō est febris et im
pleat sacellus floribus camomille et
seīe lini et infundat ī vino calido
et exprimatur et calidus ventri suppo
natur. Et cepe albū coctū sub cinere
contritū et incorporatū cū butiro sine
sale confestim sup panno calido applica
tur ventri et si bibat mane et sero
cū cibū vinū calidū ī quo decocta fue
rit calendula dolores post ptū mitigat
et sedat eos decoctio sīnati bibita
et si dolor fuerit vehemens sumat cū

vino permixto coclear unum pulveris
qui sic fit ℞ semine apii anisi carvi
ʒ ij macropiperis ana partes equales zu
char ad pondus omnium. Si autem fuerit
ex siccitate ventris ℞ manne ʒ j s.
et dissolve in aqua decoctionis an. et
fer. aut fiat cataplasma ventri ex vi
tellis ovorum decoctorum decoctorum ex cor
tice sua in aqua vel vino contritis cum
axungia et pinguis cum suavi [illegible]
sic et endivia. Sedatur autem dolor post
partum utiliter cum fumigio recepto ad matri
cem ex decoctione florum rorismarini
melliloti aneti camomille fenugreci ci
mini carvi et majorane si ex frigore processerit.
fiat cataplasma ventri. Cum autem mul
tiplicavit fluxus sanguinis nec vita
ligentur brachia eius et stringantur do
lorose et ponatur super ventrem panni in
fusi in aceto et expressi et fiat collirium
cum rebus stipticis ut balaustie karabe
rose et thus. et suspensio stercoris
porcini in lana que suspendatur in coxa
eius dicitur quod in hoc habet maxima proprietate

De causa aborsus

Aborsus dicitur quia a naturali ortu ab
iectus et est exitus fetus a matrice
ante debitum tempus sui naturalis
ortus sive egrediatur mortuus sive vivus
eius cause sunt aut extrinsece aut intrinsece. Ex
trinsece sunt casus et percussio elevatio pon
deris exercitium superfluum vehemens saltus
ad superiora; similiter si traxerit moram
longam in balneo calido et balneum
aque frigide est causa aborsus et repletio
vehemens et nausea sacietas et multi
tudo coitus post vij menses aborsum
causat. similiter forte farmacum flebotomia
copiosa. flebotomia autem pura in pregnante fa
cit abortire. unde dicit nicolaus vidi mul
tas pregnantes sponte fleubotomari nullum pati
inde nocumentum. propterea in quibus
magna repletio sanguinis et flegmatis
et flegmonibus interioribus flebotomia co
piosa affert juvamentum liberius cas et
prohibet aborsum. Et fit in tribus
primis mensibus et tenasmo et fluxus
ventris superveniens similiter in tribus primis
mensibus aborsum inducit res terri
ficacis subito occurrens et egritudines de
mum supervenientes aut corpori aut
matrici plerumque sunt causa aborsus. preterea
si mulier extenuata concipit aborsum
patitur. Cause intrinsece aborsus propter
fetum quando est mors eius aut debili
tas fetus panniculos qui corrumpunt
et mollificant aut propter malas complexiones
matricis aut propter ventositatem aut du
riciem aut cancrum aut ulcus matricis
aut propter apostema aut pruritum vulve.
. sed aborsus fit apud 2m mensem vel
tercium vel 4m cum est lenitas flegmatis ex
adunatur vel coagulatur in ore venarum
continuum intra matricem quibus alligatur
secundina. nam flegma relaxat liga
tione et in regionibus valde frigidis
multiplicatur aborsus et similiter mors pregnantium
natum et in regionibus meridiona
libus et valde calidis pro(?) [illegible]
et fiant nutrimentum unde fit aborsus

De signis aborsus

Signa aborsus sunt si subito et pre
ter tempus mamille fiunt graciles et
lasse et molles ad tactum et si
dolor accidat in uberibus aut in ventribus
aut in genibus aut in oculis aut in aliquo
aliorum membrorum et si ex mamillis mul
tum lactis effluat et similiter multitudo
dolorum in matrice et dicit [illegible] contra au
toritatem ypocratis dolores acutos perenes
aborsum antecedere sunt doloribus partus
et dixit quoties mulieri accidit rube
do cum febre et ponderositas capitis
vigilia rigore et desiccatione in toto cor
pore et dolor erit in oculis patitur aborsum

De conservatione embrionis ab aborsu

Cautela aborsus duobus potest fieri
temporibus uno ante conceptionem
in consuetis pati aborsum hoc ei
tempore melius est. accidit autem consuetudo ab

abortiendi pp humiditates viscosas fa
cientes lubricam et lavantes cotilido
nes aut pp ventositate que est vento
sitas causata ab humiditate et dico ven
tositate fortem disrumpentem ligamenta
et cura complet dieta et pocione de
mitet igitur aere frigidum et humidum
lacunale nebulosum et grossum eu i
rasiat moderate letet et gaudeat
deuitet quiete et ocium et sompnum pro
lixum et diurnum fugiat abos et potus
frigidos et humidos et inflatiuos et que
dure sunt digestionis et sumat abos et
potus calefacientes et desiccantes et i
soluentes inflacione frigidis digestionis pau
cam superfluitatum et utat hijs potus
assis quod eius omni die copurget superflu
itates et abstineat a replecione nause
atia et coitum raro utat et digerat ma
cum oxizelemabum syrupo et de duabus
radicibus supto cum aqua fen' deide
euacuet cum medicamine de turbit ʒ
et zucharo aut cum electuario indo
et postea digerat ma iterum cum syrupo q
sic fit ℞ artimisie matricarie calamenti
pulegij origani sticados menthe mellisse
an ʒ j radicum quinque valeriane an
ʒ s. cimini carui an an' fen' ameos
an ʒ j. bulliat in lib. iiij aque fontis
et lib. j vini albi subtilis et potentis
usque ad consumptione medietatis et colet
et cum melle fiat syrupus aromaticus cum c
inamomo deinde euacuet ut supra di
ctum est post hanc euacuatione utantur
nascalibus modificantibus matrice ut di
ctum est in precedentibus et est infectus
de humiditatibus matricis et utatur
diamusco dulci aut diamargariton
in festum de uno interdum de alio vel e
lectuario descripto ab Auic in hoc capitulo
deueniatur deinde ad desiccanda ma
tricem et ipsam calefaciendam cum emplastris
et cataplasmatibus et alijs suppositorijs in
iectis in matricem et si possibile est mit
tat ad balneum calefaciens et desiccans

non solum una via dixit Auic sed pluri
bus postea utatur coitu. Et si cum fuerit
alia a predictis opporat ei cum eo quod
conuenit et sic dicat nunc in casu in re ista
tempore conceptionis quando timet abortus
eorum et si causa fuerit contraria dixit hali
abbas fiat cautela ab ipsis timet aut
abortus in principio conceptionis. nam ligam
ta fetus sunt humida debilia fragibilia
et in fine pp fetus magnitudine et
grauitate et tunc ligamenta multum la
borant unde timet de ruptura eorum et
quia farmacum solutiuum et vomitiuum
est una de causis aborsus. ideo opor
tet ut caueat dispositio farmaci ante
mensem 4um et post septimum ante
partum 4o astrorum. sed scias quod in partu
ris in 7o mense omnino concludendus est
4us mensis et 7us et non solum isti
sed et sextus. sed in consuetis parere
in 9o mense 4us mensis et 7us debent
concludi ita ut totum tempus conceptionis
distinguatur in tres partes equales et
sit prohibita purgacio cum farmaco
primis tribus mensibus et ultimis tribus
et maxime in vij quia in co impletis im
pressionibus planetarum super fetum ipse mo
uetur ad exitum. pregnans ergo dictis
mensibus medijs potest purgari. si tamen
fuerit necessitas aut ex furiositate ma
terie aut ex multa materia et grauitate
opprimendi timet suffocacio caloris et
fetus mors purget pregnans. pregnantes
aut non sunt purgande euacuatiue nec
cum medicina violenta abhominabili aut
incorrecta et non sit in ea substancia medicine
sed solus odor aut virtus nisi sit medicina
de reubarbaro quod secure pregnantibus
potest exhiberi purgent minus et paulatim
et prius digerat materia et cum digestiuis
non fortis prouocationis. Aborsus fetus
in 2o 3o 4o et 5o mense fit pp humidi
tates multas contentes in orificijs venarum
matricis que impediunt ligamentorum forti
tudinem. aborsus fetus in 6o et 7o fit

pr humiditates dissolutas in vba matris

De causa prouocationis abortus

vandoque natus est abortus in
quibusdam horis de quibus est
cum pregnans est puella parua sup
quam timet mors in partu et ideo expe
dit ut fiat medicinis abortus ante tempus
partus et similiter si fuerit clausa in collo
matricis quam si talis dispositio eius fuerit
fetus peribit abortus igitur fiat quia
motus qui medicine et ex motibus est
flebotomia prope ex saphena post basilicam
et prope super magnitudine ieiunium et famis
coitus et saltus plurimi et delatio
honeris grauis et sternutatio frequens
et uomitus. medicine autem prouocatiues abor
sus sunt que prouocant menstrua sua
fortitudine et fiunt hec cum lubricitate
et sunt interficientes fetum quarum aliquae possunt
bibi aliquae possunt supponi aliquae coitus
applicari et aliae sunt simplices et aliae com
posite. Gordo dixit cassia recens suppo
sita et data esse in potu abortum facit
et dicit ex consimilibus quod alchitran quod ex
ponitur a quibusdam pro ligda et
johannes de sancto sophia quod est grauium cum
lidum et siccum in 4o gradu quod liquefit
in vino et postea linitur cum eo liniimen
fetum interficit fetum viuum et emittit
mortuum et decoctio radicum centauree
equalis et minoris supposita in potu eiciat
fetus viuos et oleum benedictum iniectum
in matrice educit fetum siue viuum siue
mortuum et succus ciclaminis astinum sup
positus interficit fetum et succus ciclaminis
bibitus et suppositus est valde fortis in
hoc et succus eius linitus super ventrem
corrumpit fetum et expertum est in hoc sup
positorium de archaitra inuolutum bobace
et intinctum cum succo eiusdem. Et ex medicinis
bonis est ciamomum cum pinusect et ru
bea tinctorum quod abortire facit fetum
bibitum aut suppositum. Ex consimilibus quod se
men caulis si teritur et supponitur post
coitum corrumpit sperma et tollit pregnationem

Et si mulier post coitum immediate suppo
nat sibi oleum de menta vel de juniper
vel de pice ligida non concipiet et si
vir ante coitum inungat caput virge cum
dictis oleis aut cum succo mente aut rute
non generabit. et pillule educentes fetum
pregnante date sic fiunt Rx succus sauin
ne ʒ ij asse fetide armoniaci rubee
tinctorum ana ʒ s. et sit dosis ʒ j. dicitur
expertum esse quod si mulier pregnans bibat de
lotium maris alicuius homicide abortit
non sunt causa sepe. burto de varignana
fatetur se vocatum fuisse ad quandam no
bilem de ciuitate arimini habentem iam
dolores partus in principio octaui mensis ut
abortiret que dixit michi ut similiter modo
in eodem tempore et annis abortiuerit
quorum nullus viuerit ultra tres septima
nas et consului ei et cessauerit dolores
partus et tenuit fetum usque ad tempus debi
tum ix mensis et peperit et viuit in
fans. nam iussit fieri suppositorium et
teneri in uulua usque ad tempus partus quod
sic fit Rx squinanti et gallorum ana ʒ j. cu
sorbi ʒ j. terantur subtiliter et ligentur
in panno lineo raro uel paruo sacello et
infondantur in aqua decoctionis glan
dium et supponitur et fiat ad renes et
muliebria omnia fieri unguentum quod sic fit
Rx pulueris radicum bistorte partes ij.
pulueris foliorum rosarum partem mediam pul
ueris seminis juniperi partem j. et fiat unguentum
cum oleo mastice et de pulegio et cerotum
oleum autem de pulegio debet fieri de flo
ribus et summitatibus bulletis in vase du
plici. Et electuarium utile pro conforta
tione fetus Rx diacitoniton cum zuchario
in dispositione calida sine speciebus. et in frigida
cum speciebus feceris ex garioffilis et macis et
nuce muscata et zucharo rosato ana ʒ
ij pulueris corallorum rubeorum et spodij et
margaritarum non perforatarum et in dispositione
frigida karabe et mastice calami aromatici
et electuarium margaritarum in qualibet dispositione
ponatur aurum limatum et folia auri et

fiat ex eis electuarium sumendum cum cibo
dosis ℥ iii cum pro potu vini nascitur
aut aliquibus filii et non vivunt quibus
autem secundum Gordonium sic subvenit antequam lac
tentur et balneentur mittatur in eos cor
pulveris seris seu sericum et gallie dico fiat elec
tuarium ex lacte amigdalarum et zucharo
albo soluto et de hoc pone in ore pueri
antequam lactet quoniam nutriet ipsum et dormi
re faciet et stomachum eius mundificabit a
putredine et non incurret epilepsiam

De Mola Matricis

Mola apud auctores dicitur impregnatio
mendosa que dicitur esse triplex scilicet
carnosa aquosa et ventosa et
aliud est humorum adunatio sed ista reduci
tur ad aquosam sed sumendo ipsum proprie
solum de carnosa dicitur que est frustum car
nis cui est forma quedam ex speciebus non spon
dunt quoniam non sunt dearticulata et quedam
est illud quod egreditur ventositas tam
et quedam sunt superfluitates que dam aggre
gant atque que egrediuntur aliquando cum sanguine
plurimo ex eo qui retentus erat. Cau
se eius sunt dixit Avicenna 3° colliget propter defec
tum informativum in spermate aut propter cor
ruptionem menbri aut propter corruptionem mei
et tunc generatur quoddam frustum sive
frustrum carnis. Avicenna vero dicit quod causa in
generatione huius carnis sunt due res quarum
una est multitudo mei effusarum ad
matricem et vehementia caloris matricis et
iste vene sanguinee sunt que in matrice coagu
lantur et firmantur caliditate et siccitate matricis
et 2a est coitus in quo matrix comprehendit
sperma mulieris et concedit et augmentat
ipsum cum juvamento sanguinis menstrui
et propter defectum virtutis masculi non capit
de signis mole dico Avicenna sunt retentio
menstruorum alteratio coloris casus appe
titus adunatio oris matricis inflatio
ambarum mamillarum et aliud frustrum carnis
illud carnis procedit augendo donec ve
niat ad quantitatem fetus magistrum et mo
vet dixit Avicenna per compressionem fetus sup

ventre dextra et sinistra nam dico albertus
non fit motus mole nisi compressione nec
movet de latere in latus sicut fuit fe
tus mortuus nisi cum compressione forti
quandoque durat hec egritudo usque ad
4or vel quinque annos et medicus fatetur
se vidisse uxorem francisci gabriel que
passa est molam plusquam 20 annos. Signa
autem aquose sunt apparentia mole in inferioribus
ventris angustia anhelitus et accidunt
accidentia provocationis accedunt casus
retentio menstruorum et sunt cum sonitu in
ventre patiens si ambulaverit et mo
tum fecerit et est ac si sit asclitica. Signa
autem inflationis sunt tumor in pectine et
pulsat ventus in modum timpani et accidit in
ea torsio et pulsatio et dolor pungitivus
proveniens a diaflagmate ad stomacum et
